

TION.

XIX.





1. de Arbitris: P. G. Hammer, R. J. A. Gumpelzheimer.
2. de bone merito. A. P. Müller, R. J. Schafaeq.
3. de quarta Trebellianica. C. G. Berger.
4. de Demonstratione, von der Begründung. F. Müller  
A. F. Philippi. R. J. Schumann.



26

XXXVI.

Q. D. B. V.

DECRETO

SUPERIORUM

IN

ALMA LIPSIENSI

DISSERTATIONUM

DE

JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ

PRÆCOGNITIS

PRIOREM

PRÆSIDE

JOHANNEN HENRICO BERGERO

J. U. D.

AD D. XXIX. JUN. M. DC. LXXXII.

P. P.

CHRISTIANUS GOTHOFREDUS

Frankenstein/ Lipsiensis.

LIPSIÆ,

LITERIS JOHANNIS GEORGII.





SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
ELECTORIS SAXONIÆ  
SUPREMI QUOD DRESDÆ EST, CONSILII ECCLESIASTICI  
PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

PRÆSIDI,  
DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,

*UT ET*

CONSILIARIIS ET ASSESSORIBUS  
GRAVISSIMIS

VIRIS

MAGNIFICIS, SUMME REVERENDIS,  
AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS  
ET CONSULTISSIMIS,

DOMINIS, PATRONIS, PROMOTORIBUS  
VENERANDIS,

EXERCITII ACADEMICI  
PARTEM PRIMAM.

*CUM VOTO*

ABSOLUTÆ FELICITATIS  
EA, QUA PAR EST, ANIMI REVERENTIA  
CONSECRAMUS

PRÆSES

*ET*

RESPONDENS.

*Leibniz*





LECTURO  
FELICITATEM  
AUTOR.

**J**urisprudentia Romana, si modum illius tractandæ spectes, non invitâ sui indole in Criticam & Logicam dispesci creditur; Illa cum primis Terminis, hæc Rebus operatur & vicissim ex doctrinâ Taboris identidem proditâ in Syntheticam, Analyticam, Polemicam & Axiomaticam abit. Suis quæque perpetim acta fatis numeros perfectionis optat, non numerat. *Criticam*, quam peculiare π. & C. tituli operâ Alciati, Rebuffi, Fornerii, Gœddæi illustrati commendant, Dictionariis excolere annexi Rosatii, Spiegelii, Oldendorpius, Hotomannus, Pratejus, Brederodius, Schardius, Brissonius, qui verò cum Vultejo censente, præterquam, quòd jura diversa nec ab invicem nec ab Interpp. Commentariis fatis distinxere, subinde erronea, vitiosa, heterogenea, ridicula misceant, nec singuli hæbeant, quod forte omnes habent, fit, ut meritò desideres verborum ἀποτέλεσμα, cujusmodi se parturivisse tametsi Calvinus Vulteji judicio fretus sibi persuaserat, tamen Opei Calviniano multa addi adimive posse hætenus haud vaiâ fide credidere multi, opere ostendit nemo; Nam quæ Alnerius, Barckfeldius & si qui alii edidere, compendia, non reluctantibus Auctoribus Criticæ doctrinæ fundum enetiri & titulus iisdem præfixus & res ipsa negat. *Axi-*

A 2

*masi-*



*maticam*, quæ à Brocardicis vocabulo Barbaro Brocardica dicta Regulis Sententiisque Juris è legum cum verbis tum visceribus legendis insistit, pridem non neglexisse duntaxat sed & pene damnasse è Veterum classe Cynus, Laudensis, è Recentiorum censu Duarenus, Cujacius, Giphanius, Zasius, Thomingius alique videntur, videntur inquam reapse Hortletero interprete magis inveterato illius abusu perciti; Cui tollendo cum haud sufficere sint visa Bornitio vasta Bertachini, Tusci, Reygeri & aliorum Volumina, in seria ille vota alicubi erupit, quæ quantâ potuit integritate explere præeunte Barbosâ aggressus laudatus Tabor, multum alienæ solertiæ se reliquisse fatetur ipse. *Polemicam*, quæ Quæstionibus ac Controversiis discutiendis occupatur, eò felicior censetur, quò magis complures Fachinæi, Hunnii exemplis eidem se addixere, nisi forte vicissim alios illam rudi Scriptorum mole obrutam magis, quam eo, quo par erat, ordine digestam exaratamque subinde, queri facili assensu hinc legas, illinc audias. *Analytica*, cui nomen textuum analysis, cui operatur, indidit, neglectus, qui in Jctorum Scholis propemodum invaluerat, querimonias pridem extorsit Jacobo Gothofredo, quas Tabor signat; Quorum uterque viam, quâ summa Artis Analyticæ in puncto juris denuo excoli abireque in auctus quæret uberos, aperuit, nemo præter Strauchium, Schilterum & paucissimos alios, quod ego sciam, excoluit. Tandem recensitis omnibus tantò infeliciorem judices *Syntheticam*, quantò Excellentiores Bachovii & Kleinschmidii fide sunt, qui consilium Crassi, Pomponii, Tullii, Cæsaris, quod li jam olim de Jure Civili ex immensâ diffusâque LL. copiâ in artem & ad certum modum conferendo ceperant animisque versarant, illudentes illius existentiam præfractè negent; Quæis cum Corasio succensentium plerorumque



alii enarrandis juris materiis intenti π. ductui institere, alii  
aliâ methodo incessere. Enimvero π. & C. τυρίχαια, quam  
comprobatum ivere Zasium insecuti Cujacius, Wesenbe-  
cius, Giphanius, Pacius, Schmuckius, J. Gothofredus, Ta-  
bor, Strauchius ac Lynckerus, utut forte contra quàm,  
nonnulli existimant, suâ constet ratione juxtâ usui futurâ,  
sive ad privata studia concedas, sive foro temet immergas,  
tamen vix est, ut cui ad amissim satisfaciât, vel quod pristi-  
næ Romani Imperii ætati accommoda Antiquitates redo-  
let Romanas, vel quòd multis tricis spinisque involuta tan-  
tum abest, ut ingenio cuivis quadret, ut & subactò ac felici  
negotium faceffat; In Systematis verò Donelli, Althusii a-  
liorumque modò brevitatem, modò aptiorem accuratio-  
remq; Ordinem desideres. Mihi, quoad hisce studiis ope-  
ratus sum, cum primis Methodus ab Illustri Struvio intenta  
se probavit, cum & totius Jurisprudentiæ Rom. Sacra serie  
pulchrâ recenseat, & memoriæ discentium apprimè inser-  
viat, ut oppidò Rei Juridicæ intersit, cultiorem eam ali-  
quantò ab iis reddi, qui curam illius & tuendæ & adaugen-  
dæ sustinent. Cujus quidem Methodi emendationis Ide-  
am ex quo & Jenæ & Lipsiæ Juvenum ingenii morumque  
inclarescentium integritate, qui privatim se mihi concre-  
diderant, auspiciis concipere licuit, *Præcognoscenda* eò ordi-  
ne & cum Exegesi hâc & propediem secuturâ sisto cum  
Deo & die fortassis ipsas Juris materias  
daturus.



In Nomine  
S S. TRIADIS.  
APHOR. I.

**J**URISPRUDENTIA, cujus nomen ex Jure & Prudentiâ coaluit, in generico conceptu, quo præscindit à multijugis, quas sinu suo involvit, speciebus, considerata

*Definitur Prudentia* \* actiones humanas mediante Jure ( pro lege sumto ) ad perfectionem ac beatitudinem conformandi.

*Dividitur intuitu Objecti in*

*Moralem*, quæ nominibus Jurisprudentiæ Naturalis, Communis & Scientiæ de Naturæ Jure Synonymis insignita finitur: Prudentia actiones morales mediante Jure Naturæ ad perfectionem Moralem ac beatitudinem animi Internam conformandi, quam sibi vendicant Philosophi Morales, &

*Positivam*, quæ versatur circa Jus Positivum, quod sicuti duplex est, aliud Gentium, aliud Civile ( latè dictum ) ita Jurisprudentia Positiva est vel Prudentia

*Gentilis* vel

*Civilis* ( laxè sumta ) Hæc Generis ad instar *προς ἐν* Platone auctore in eo, quem *πρὸς βασιλείας* inscripsit *Dialogo* ratione *Finis* \*\* abicit in

*Nomotheticen* ( Legislatoriã ) quæ *συνωνύμως ἀρχιτεκτονική, βασιλική*, i. Regia, Regnativa dicta quemadmodum omni *νομοθεσίας* negotio distenta Prudentiam absolvit Juris in universum omnis, quale scilicet in omnis generis civitatibus condi, corrigi abrogarive debeat, ita simpliciter & *κατ' ἐξοχήν* Jurisprudentiæ Civilis meretur nomen *Conring. diff. de var. & ver. Jurisprud. operi Propolit. annex. p. 142. seq.* Eam in Jovis antro per totos novem annos Minoa didicisse Homerus prodidit &

*Dicaesticen*, quæ Latinis vocabulis Judiciaria, Judicialis, Judicatoria, Forensis nuncupata secundum nominis sui rationem in duas rursus abicit partes, quarum *una* consistit in legibus Exequendis, quam Rhadamanto idem Poëta tribuit, *altera* in iisdem ad casus civiles Accommodandis. *Sutholt. diff. I. a. IV.* Hæc in tot fere excurrit species, quot in universum sunt benè constitutæ Republicæ; Eas inter eminent



minent *Romana* \*\*\* *Canonica* \*\*\*\* *Feudalis* \*\*\*\*\* quarum illa ratione  
Objecti \*\*\*\*\* in *Privatam* & *Publicam* dispescitur, hæc in *Ecclesiasticam*  
& *Secularem*. Excell. Svendendorff. ad Eckolt. *Comm. ff. de J. & J. S. II.*

\* Quæ est una è censu habituum Intellectualium, quos à Fine, quem dicit  
Θεωρία eaq; modò in *πραξιὺν καὶ ἐξουσίαν & πόλιν* abiens, modò  
ab utraq; præscindens, numero quinario circumscriptis Aristoteles VI.  
*Eth. III.* vid. Hornej. IV. *Phil. Mor. II. n. 4. seqq.* Struv. S. I. C. *Ex. Is.*  
*th. IIX.* & formaliter dicit habitum Intellectus deliberativi practicum  
cum Rectâ Ratione Velthem. I. *Inst. Metaph. IV. §. 6. n. 2.* De cetero non  
piget Prudentiæ divisionem ex Hahnio ad W. *in π. ff. de J. & J. n. XIV.*  
huc accersere in *Privatam* s. Absolutam, aliis *Monasticam* & *Communi-*  
*nem* s. Relatam vel ad Familiam vel ad Civitatem; Illa *Oeconomica*,  
& *Familiaris*, hæc *Civilis* & *Politica* in genere dicta Aristoteli VI.  
*Eth. IIX.* iterum abit in *Nomotheticam* s. *Legislatoriam*, quam sibi soli  
Majestas vendicat & *Civilem* s. *Politicam* in specie, Hæc in *Delibera-*  
*tiâ* aliis *Consultatoriam*, *Senatoriam*, Græcis *βουλευτικὴν & Ju-*  
*diciariam* in Jure cum reddendo & exequendo, tum dextrè interpre-  
tando & factis in foro obvientibus cautim applicando repositam. Conf.  
Excell. Thomaf. *Phil. Pract. Tab. XXIX.* Hornej. IV. *Phil. Moral. III.*  
*seq.* Franzk. *Comm. ff. de J. & J. n. LXVI. seqq.*

\*\* Alia Jurisprudentiæ Civilis Universalis Divisio eaque *Æquivoci* prostat  
apud Joach. Hopperum (quem subinde Civilis Philosophiæ justis elo-  
giis exornat Conringius *Præfat. Propolit. Diss. de Var. & Ver. Juris-*  
*prud. in fin. & ad l. t. C. Theod. de stud. Lib. Urb. Rom. & Const.*) I. *de*  
*Ver. Jurisprud.* II. in *Veram* & *Non-Veram*; Illa finitur, quæ certâ  
viâ ac ratione certisque principiis ex Naturâ notatis suffulta stabilem  
firmamque parit Scientiam, cujus Veri ac Expressi audiunt Jcti, sub-  
dividitur in *Primariam*, quam *Nomotheticæ* dicit, & *Secundariam*,  
cui *Dicasticæ* nomen t. III. Quæ in *Intelligentiam* Juris per *Nomo-*  
*theticen* constituti & ipsam *Executionem* abit IV. t. VI. Hæc dispesci-  
tur in *Vulgarem* & *Assimulatam* I. t. II. Quarum Illa Opinione nisi  
aptis usque tritis nominibus *Administra*, *Ancilla*, *Pedisequa* *Veræ Ju-*  
*risprudentiæ* audit (& qui eidem præsunt, *Plebeji* ac *Minuti Jcti*) &  
in duas se diffundit *Facultates*, *Legulejorum*, qui nudi *Theoretici*, *Cri-*  
*tici*, *Philologi*, *Grammatici*, *Humanistæ* dicti Hahn. ad W. *in π. ff.*  
*de J. & J. n. XIV.* Conf. Conring. III. *de Civ. Prud. IV.* circa verba  
LL. hærent verâ earundem intelligentiâ destituti & *Pragmaticorum*,  
qui vulgò *Rabularii*, *Nostratibus* *Nechtsersahene* Hahn. d. t. ipsimet  
à verâ LL. Scientiâ alieni quæstiunculis congerendis ac memoriæ  
mandandis operantur IV. t. XXIX. Hæc solo visu ac Phantasiâ con-  
tenta flestitur in *Sophisticen* & *Rhetoricen*; Illa argumentis *Sophisti-*  
*cis*, hæc *Oratoriis* circa externas LL. imagines distinctur IV. t. XXIX.

Quæ



\*\*\* Quæ Jurisprudentiæ Species Romanæ appellatione, cui eausam dedit respectus cum Causæ Efficientis, Romanorum Imperatoris Justiniani, quo auctore prodiit Jurisprudentiæ Romanæ Collectio, tum Materiæ, quam conficiunt Leges Romanorum tam Jctorum, quam Imperatorum, fere insuper habitâ frequentiori nomine Civilis circumferri suevit, non quòd hoc illi *συναγωγή* sed Communis ad Unum instar, quod propius ad Univoca accedit, & Thomæ Analogum Attributionis Intrinsecæ audit vocabulo in Scholis quidem hodiernis recepto at minùs apto vid. Velthem. l. *Instit. Metaph. VI. §. 2. n. 2. τῶν πῶτος* conveniat, cujus indoles in Scholis Philosophorum notissima cum sit, ut tritò effato per se positum stet in significato famosiori Velthem. l. *Instit. Metaph. VI. §. 3. n. 3.* Kleinschmid. IV. *de Pracognit. Jurisprud. VI. n. 18.* fit, ut Civilis nomen simpliciter prolatum Jurisprudentiam Romanam notet, §. 2. *J. de J. N. G. & C.* ubi Dd Franzk. *Comm. ff. de J. & J. n. CLV.* Conring. III. *de Civ. Prud. II.*

\*\*\*\* Cui nomen locutione Synecdochicâ à Canonibus, quæ altera Juris Canonici pars constat. Alio nomine audit Pontificia à Pontifice Romano illius auctore c. 19. *X. de Elect. & Elect. pot.*

\*\*\*\* A Feudis, quibus Jus accommodat, nomen mutuans.

\*\*\*\*\* Cujus tenorem exhaurit Jus *Publicum & Privatum.* Illud dicitur modò *generaliter*, quâ & Privato convenit ratione Causæ cum *Efficientis*, l. 1. ff. de ll. l. 38. ff. de Pact. tum *Finalis d. l. 1. l. 2. ff. de ll.* modò *specialiter* & vicissim vel *proprie*, quomodo ab Ulpiano l. 1. §. 2. ff. *de J. & J.* & Justiniano §. *f. J. eod.* finitur tacitè subaudito vocabulo Juris, quod ad statum Rei Romanæ spectat *ἀμέτῳ* (immediatè directò principaliter) quoad finem tam Executionis quàm Intentionis & dividitur ratione *Objecti*, quod Ulpianus ibidem innuit, in *Divinum*, aliis *Sacrum & Humanum*, aliis *Publicum* in specie l. 23. *pr. C. de SS. Eccles.* vel *Improprie* (Secundum quid ac comparativè) videlicet in ordine ad aliud Jus privatum, respectu cujus Jus in se alioquin privatum Publici nomine effertur, vel ratione specialis concessionis l. 3. ff. *qui Test. fac. pr. J. de Excus. Tut.* vel quia magis ad Reipublicæ facit conservationem, licet saltem per consequentiam, l. 1. ff. *Sol. matrim. l. 1. §. 13. ff. de Ventr. inspic.* Hoc iisdem Auctoribus describitur, quod ad Singulorum utilitatem pertinet directò ac immediatè quoad executionem quamvis ad Publicam salutem inspecto Legislatoris affectu principaliter ac primariò, in effectu verò secundariò ac in consequentiam se referat. Franzk. *Comm. ff. de J. & J. n. XCI. seqq.* Hahn. ad W. in *π. ff. d. 2. n. XIV.*

## APHOR. II.

JURISPRUDENTIÆ CIVILIS ROMANÆ PRIVATÆ, cui potissimum \* describendæ paginæ, si quæ subsequaturæ tenderent, expendenda

I. DE-



# I. DEFINITIO

*Nominalis constans*

*Etymologiâ*, cui eruendæ quoad verbum complexum frustra operer.

*Homonymiâ*: Supponitur vel *Metonymicè* pro Legibus §. 3. J. de Legit. Agn. Success. vel *Propriè* & vicissim vel *Systematicè* pro artificiosâ præceptorum Juris Collectione l. 1. pr. ff. de J. & J. vel *Habitualiter* pro mentis habitu, l. 10. §. 2. ff. d. t. §. 1. J. eod. Excell. Svend. ad Eckolt. Comm. ff. de J. & J. §. II.

*Synonymiâ* eâque cum

*Legali*, quæ variat pro varietate acceptionum Jurisprudentiæ. Videlicet *Habitualiter* considerata dicitur Vera nec simulata Philosophia l. 1. §. 1. ff. de J. & J. Vid. Conring. IX. de Civ. Prud. p. 184. Hahn. ad W. in π. ff. de I. & I. n. II. XIV. Schilt. I. Phil. Jur. X. Bachov. Comm. ff. d. t. de J. & J. n. V. Sapiencia Civilis l. 1. §. 5. ff. de var. & extraord. cognit. Conf. Hahn. ad W. in π. ff. de I. & I. n. XIV. Hopper I. de Ver. Jurisprud. V. Conring. d. IX. de Civ. Prud. p. 171. seqq. Scientia Juris \*\* §. 3. I. præm. §. 1. I. de J. & J. l. 10. §. 2. ff. eod. l. 2. §. 35. ff. de O. I. l. 91. §. 3. ff. de V. O. *Systematicè* spectata Jus l. 1. pr. ff. de J. & J. §. 3. I. eod. Wesenb. in π. ff. de J. & J. n. XIV. ibique Hahn. p. 23. à Justitiâ ceu Fine suo diductum d. l. 1. pr. Stoicorum more Schilt. I. Phil. Jur. VII. notatione non Grammaticâ sed Logicâ, Strauch. I. D. π. I. Hahn. ad W. π. ff. d. t. n. XIV. add. Bachov. Comm. ff. de J. & J. c. III. n. IV. Juri quoque in concreto supposito accommodâ Franzk. Comm. ff. de J. & J. n. LXXXI. & LXXXIII. Svend. ad Eckolt. Comm. ff. d. t. §. XV. Studium Juris d. l. 1. §. 2. ff. §. fin. J. eod. ubi Bachov. Ludvv. Strauch. D. I. a. I. Diss. Hahn. ad W. in π. ff. de J. & J. n. XIV. Corpus Juris l. un. pr. C. de R. II. A. tum

*Doctrinali*. Nimirum Interpretum beneficio audit Nomica Bocer. Cl. I. D. I. th. IX. seq. Dicaologica, Nomologica, Nomothetica, Dicaopractica Althuf. I. Dicaol. I. n. 2. subaudito verbo τεχνικη vel Πραγματικη i. Artis vel Scientiæ, postquam Græcis illa omnia Adjectiva esse palam est Rennem. I. Jurisprud. Rom. Germ. XIIX. lit. d.

*Realis*: Supposita

1. *Systematicè* definitur Ars \*\*\* æqui & boni. Conf. Schilt. VI. Phil. Jur. I. l. 1. pr. ff. de J. & J. Struv. S. I. C. Ex. I. th. VII. Strauch. D. I. a. I. B 2. Ha-



2. *Habitualiter* finitur

1. *Legaliter*: Divinarum atque Humanarum rerum Notitia, iusti atque iniusti Scientia \*\*\*\* l. 10. §. 2. ff. de J. & J. §. 1. J. eod.

2. *Doctrinaliter*: Prudentia actus (negotia), civiles a. V. mediante Jure (pro Lege supposito, eoque Romano a. VI.) ad Justitiam Legalem s. Juridicam a. IV. conformandi \*\*\*\*\* Vel: Prudentia Jus ad actiones in Societate Civili obvientes accommodandi. Struv. S. J. C. Ex. I. th. VII. Svend. ad Eck. Comm. ff. de J. & J. §. II.

\* Publicæ non nisi ex *παρρηγο* ac cursim exemplo Pand. Scotan. Exam. Jurid. de O. I. q. ult. ex quo Jus, cui illa operatur, Publicum Romanum idque vetustius, præterquam quod jam tum potestate Legis Regiæ (passivè & objectivè) l. 1. ff. de Const. Princ. tempore Augusti lata l. 2. §. 11. ff. de O. I. jun. §. 6. F. de J. N. G. & C. Ungep. II. Ex. Just. IV. in N. Svend. ad Eckolt. Comm. ff. de Const. Princ. §. II. non omnimodo quidem, contra quam Rævardus V. Var. XII. sed ex parte exoleverat Arum. I. Ex. Just. XII. auspiciis Justiniani præcis momentis antiquitatis additisque Ætati suæ accommodis in tres posteriores Cod. libros conjectum pro eâ, quâ est & difficultate & prolixitate peculiarem operam expolcit. Bachov. ad §. f. J. de J. & J. Cui add. Halin. ad VV. in Par. ff. d. t. n. XIV.

\*\* Quas præsertim Scientiæ ac Artis voces utut cum Aristotele VI. Ethic. III. seriò ab invicem secernant Scholastici Conring. IX. de Civ. Prud. §. in hoc argumento Politico miscere Jctis solenne est Wesenb. in Parat. ff. de J. & J. n. XIV. non quidem ex crastâ quâdam distinctionis tralatitiæ ignorantia, cujus suspicionem oppidò amolitur plerorumque ad decantatissimum Lyceum secessus Rennem I. Jurisprud. Rom. Germ. XVII. lit. a. sed studio cum ex adulto loquendi more & Oratoribus, Rennem. d. th. XVII. lit. c. & Moralistis, Conring. IX. de Civ. Prud. p. 174. Hornej. IV. Phil. Moral. II. n. 4. & ipsimet Aristoteli subinde in Operibus, quæ extant, Exotericis, vid. Dreier. XIII. Dissput. in Prim. Philosoph. IV. seqq. Velthem. I. Inst. Metaph. IX. §. 1. in N. familiari, tum ex suis Rationibus, quas post Stephanum Method. de Art. Jur. c. II. in fine innuunt Hahnus ad W. in Parat. ff. de J. & J. d. n. XIV. & Hoppeus l. de Ver. Jurisprud. V.

\*\*\* Sensu non proprio ac Aristotelico VI. Eth. IV. sed populari, Stoico, v. Plat. in Dialogo, cui Politico nomen est, passim, ac Rameo, quo notat Congeriem præceptorum atque conclusionum Systematicam & in Scholis Facultatum Superiorum more adulto ac H. Grotii de I. B. & P. Proleg. n. XXX. & XI. c. XVI. §. 3. Auctoritate comprobato circumferri suevit, accepta, Hahn. ad W. in Parat. ff. de J. & J. n. XIV. Frank. Comm. ff. d. t. n. XLVI. Strauch. d. I. a. I. Conf. Ungep. I. Ex. II. X.

\*\*\*\* Quæ descriptio auspiciis Stoicorum sive Homeri sive Pythagoræ generatum



ratim Philosophiæ tributa Cic. II. *de Offic.* & instar illius, quam Celsus  
 prodidit *d. l. 1. pr. ff. de F. & F.* ex mente Ulpiani Jurisprudentiæ  
 Civili in genere, Vid. Hopper. I. *de Ver. Jurisprud.* V. Bachov. *ad §.*  
*1. F. de I. & I. n. V.* Conring. III. *de Civ. Prud.* p. 27. *add. p. 39. seq.*  
 ex sententiâ Justiniani speciatim Romanæ prævio temperamento ac-  
 commodata constat cum Genere eoque Inadæquato tum Differentiâ. Il-  
 lius mensuram explent verba *Notitia ac Scientia*, quorum vel illud hu-  
 jus rigori quadantenus mitigando operatur, vel quod magis cum Hop-  
 pero *d. l. & Hahnio ad V. in Parat. ff. de F. & F. n. XIV.* probem,  
 illud objecto Materiali quadrat, hoc Formali respondet, neque hacten-  
 us à nativo eoque Aristotelico sui sensu abluat, contra quam Dd.  
 vulgò adulto Scholarum Philosophicarum errore seducti, sed significa-  
 tum non quidem intensiorem Theoricis Disciplinis proprium, remis-  
 sionem tamen Practicis non minus, quam Effectricibus doctrinis accom-  
 modum sustinet ratione demonstrationum *ὑποθετικῶν, ὑπαρκτικῶν*,  
 quæ Aristoteli modò *ἀποδείξεων*, modò earum, quæ fiunt *ὡς ἴτι τι*  
*ἔσθαι*, i. ut plurimum, Giphanio brachii mollioris, Conringio sequi-  
 oris ordinis nomine usurpantur, cujusmodi uti in Civili Scientiâ haberi  
 adversus Philosophorum vulgum post Nunnesium ex Hispanis, Ra-  
 conium ex Gallis, Scherbius & Piccartum ex Germanis, Cæsarem Cremon-  
 nium, Jacob. Mazonium & Accorombonum ex Italis comprobatum de-  
 dit Germanus Aristotelis Sectator Conringius *de Civ. Prud. VIII. per*  
*101.* ita & illius parte Prudentiâ Judiciariâ Vid. Conring. III. *de Civ. Prud.*  
*p. 34. jun. IX. p. 171.* & quæ illius species, aut si majoris portio est, Juris-  
 prudentiâ Romanâ subinde dari conficitur. *Fac. arg. l. 10. §. 1. ff. de F. &*  
*F. §. 3. F. cod. l. 3. 4. ff. de LL.* Sutholt. *d. 1. a. LXIII.* Hahn. *ad V. in Parat.*  
*ff. de F. & F. n. XIV. p. 31. & de LL. n. III. p. 50. seqq.* Neldel. V. *Inst.*  
*de Uf. Org. IV. & VI.* Schilt. III. *Phil. Jur. V. seqq.* Velth. I. *Inst. Me-*  
*taph. XXXIIX. §. 6. in N.* Conf. Svend. *ad Eck. Comm. ff. de F. & F.*  
 § II. *Hec* absolvitur Objecto 1. *Materiali* eoque Remoto, quod ex  
 parte & Theologiæ & Philosophiæ Universæ commune conficiunt Res  
 Divinæ & Humanæ conf. *a. IV.* Nisi forte iisdem invitis licet verborum  
 cum Auctore tum indole vel per Synecdochen Generis pro specie, vel per  
 Metonymiam Subjecti pro Adjuncto ipsa negotia, quæ *ἀμέτρος* Juris-  
 prudentia operatur, intellecta malit Jctus aut Imperator, Conf. Franzk.  
*Comm. ff. de F. & F. n. LXXVII.* Hahn. *ad V. in Parat. ff. d. 1. n. II:*  
 2. *Formali*, quod more disciplinarum Activarum à Fine Proximo im-  
 plicitè tam *κατ' ἀρσιν* quàm *κατὰ θεσιν* attactò petitum verba: *Iusti*  
 (i. LL. Civilibus definiti Schilt. I. *Phil. Jur. XIV.*) accommodandi at-  
 que *Injusti* discernendi exprimunt *arg. l. 1. §. 1. ff. de F. & F.* Ludvv.  
*ad §. 1. F. cod. n. III. Conf. a. V.*

\*\*\*\*\* In quâ definitione 1. *Generis* illiusque Adæquati ac Convenienti-  
 oris locum tenet Prudentia, cui cum Genere LL. inducto non discon-



venit, vel quòd tenore eorum, quæ paulò ante adducta, Scientiam Practicam dari non repugnat, vel quod Scientiam inter de Prudentiâ & Prudentiam ipsam discrimen Reale utique statui oportet, Velthem. I. *Inst. Metaph. XLIV. §. 2. in N.* Ceterum Prudentia hîc exaudienda merè Judiciaria eaque significatûs posterioris, quem attigit a. I. Svend. *ad Eck. Comm. ff. de F. & F. §. 2.* Strauch. *D. I. a. III.* Struv. *Ex. I. th. XI.* non item Architectonica, quæ in Majestate residet, nec Politica in specie in exequendo posita, ac in Consultativam, quæ Consiliariorum & Judicalem sensûs anterioris, quæ Judicis est, diffusa, ut cum Riemero *I. q. I.* novissimè contendit Schroterus *ad Sutholt. D. I. a. III.* Utut forte Jurisprudentia Romana utramque ex Sententiâ Philosophi *IV. Pol. IV.* formaliter magis quàm realiter ex hypothesi actûs secundi i. Exercitii commodioris à se distinctam Struv. *Ex. I. th. XII.* secundariò & ex consequenti comprehendat Hahn. *ad W. in Paratit. ff. de F. & F. n. XIV. p. 24. add. p. 25.* vel suo modo participet Ehem. *V. de princip. Jur. V. Franzk. Ex. I. q. II.* ibique Fibig. *2. Differentia* constat Fine, Objecto & Mediis, quibus momentis primos Practicarum disciplinarum conceptus exprimi in aprico est.

### APHOR. III.

II. METHODUS \* (ordo) quæ non est Synthetica sive Compositiva Scientiarum Theoreticarum propria, cujusmodi Wefenbecius Operi Juris affinxisse creditur *in Paratit. ff. de F. & F. n. I.* Vid. Schilt. *I. Phil. Jur. XVI. seqq.* cui add. Hahn. *d. n. I.* Sed Analytica seu Resolutiva \*\* quæ Disciplinis Practicis accommoda ducto initio à Fine, ab hoc ad Subjectum, & hinc tandem ad media digreditur Hornei. *I. Phil. Mor. II. n. 7.* Neldel. *V. Inst. de Us. Org. I.* Struv. *Ex. I. th. XIII.*

\* Eaque Didascalica ac Universalis; Nam Particularem, quam magis Expositionis, quàm Ordinis nomen mereri notat Hahnus *ad W. in Paratit. ff. de F. & F. n. I.* interdum Syntheticam deprehendi docuit Gebhardus *X. de Princip. Jurisprud. LXXIIX. seqq.* & ex eo Svendendorfferus *ad Eck. Comm. ff. d. t. §. 1.* jun. Stratem. *I. Inst. Eth. I.*

\*\* Quam non turbat comprehensio actuum formaliter contemplativorum, utpote quos virtualiter Practicos (quibus cum *wegizers* confundi non oportet Velthem. *I. Instit. Metaph. XLIV. §. 2. in N.*) esse i. ad operationem ultimò referri. sat est. Svend. *ad Eckolt. Comm. ff. d. t. §. 1.*

### APHOR. IV.

III. FINIS \*

Cujus



*Cujus*

*Remotus & Externus* (quî cum ille salvâ utriusque differentiâ Formali hæctenus coincidit) ratione Executionis.

*Ultimus* (ratione Intentionis primus)

*Absolutè*: Gloria Dei, ad quam omnes omnino Disciplinæ unâ veluti lineâ ducunt P. Mus. XXV. *Inst. Met.* XVII.

*Secundum quid*, i. in genere Legum: *Εὐδαιμονία* Reipublicæ sive Beatitudo Civilis Publica, Privata v. Arist. VII. *Pol.* XIII. *jun. S. fin. Proæm.* J. Struv. *Ex. i. tb.* XIV. Eck. *d. t. S. 3.* Schilt. II. *Phil. Jur.* II.

*Intermedius* \*\* in serie Juris (ratione Intentionis Non-primus Primo secundum quid oppositus) *Justitia arg. l. i. S. 1. ff. de I. & I. l. 6. S. 1. C. de App.* Hahn *ad W. in π. ff. d. t. n.* XIII. Struv. *Ex. I. tb.* XIV. Schilt. II. *Phil. Jur.* XXIX. (aut si mavis illius *Obtentio & Conservatio* Eck. *d. t. S. IV.* Sutholt. *D. i. a.* XX.) *non*

*Moralis* sive *Ethica* Homonymicâ sui partitione Arist. V. *Eth.* I. & II. add. Rennem. I. *Jurisprud. R. G.* XXXI. distincta in

*Universalem*, quæ ita non per Prædicationem, sed per Virtutem ac Aggregationem Dom. Sot. II. *de I. & I. V. inf.* & nominibus æquipollentibus Humana, Politica, Legalis Hahnio teste *ad W. in π. ff. d. t. n.* III. dicta veteri Theognidis versu in sese virtutes continet omnes & tam latè patet, quàm ipsa Virtus moralis generatim accepta, à quâ non distat ex Scholæ sententiâ inauditis vocabulis Realiter ac toto esse, sed Ratione \*\*\* & Modo Essendi fundato cùm in habitudine Totius, cujusmodi in relatione ad virtutes Particulares illa Integrale, hæc Universale statuitur, *Stratem. V. Inst. Eth. I. q. I.* add. Thomas. *in N. ad Tab. Phil. Pract.* XXIV. n. VII. tum in duplici hominis Conceptu, uno ad seipsum, altero ad alios, in quantum hæc in se & habitu solo considerata ordinem duntaxat ad possessorem involvit, illa verò in actu & exercitio posita relationem *προς ἑπρον* i. ad alterum implicat Arist. V. *Eth.* III. Clariùs: hæc possessorem reddit bonum Virum sibi, illa aliis Hornej. III. *Phil. Mor.* XI. n. 2. *seq.* Sutholt. *D. i. a.* XXI *seqq.* Franzk. *Com. ff. d. t. n.* XX. *seqq.* Hahn *d. n.* III. Struv. *Ex. i. tb.* XVII. Thom. *in N. ad d. Tab.* XXIV. &

*Particularem*, Hæc partis instar Integrantis καὶ ἀναλογίαν Universalis ambitu comprehensa, Wesenb. *in π. ff. de I. & I. n. X.* ubi add. Hahn. rursus in

*Distributivam*, quæ ratione Finis Aristoteli

B 3

διανε-



Διαμετρική, H. Grotio Attributrix dicta operatur Bonis Externis, iisque  
Divisibilibus & Communibus, quâ talibus secundum normam proportio-  
nis *μεμετρημένη*: (Respectiva Comparata) inter partes ejusdem Totius per  
aggregationem quâ talis distribuendis & dispensandis. Hornej. III. *Phil.*  
*Mor.* XII. Hahn. *ad W. d. t. n.* XI. Struv. *Ex. 1. th.* XX. XXI. &

*Commutativam*, quæ ratione 1. Objecti Græcis *συ-  
ναλλακτική*, 2. Finis Aristoteli *διορθωτική* *επανορθωτική*, Latinis Correctoria,  
Emendativa, H. Grotio Expletrix occupatur circa Bona Malaque itidem  
Externa at Indivisibilia & Propria simpliciter quâ talia, tenore proportionis  
*ἀπλομετρικής* (simplicis) inter distincta Tota i. personas Privatas præscissō  
societatis respectu easque sive Simples sive Mixtas commutanda. Tho-  
mas. *Phil. Pract. Tab.* XXIII. & in N. *ibid.* quò pertinent secundum Arist.  
V. *Eth.* V. *συναλλάγματα*, commutationes cum *ἐκείνα* spontaneæ, tum  
*ἀκούσια*, Invitæ, Hornej. III. *Phil. Mor.* XIII. Struv. *Ex. 1. th.* XXIII. *seqq.*  
Franzk. *Comm. ff. d. t. n.* XXIIX. *seqq. sed*

*Legalis* sive *Juridica* \*\*\*\* Wesenb. *in π. ff. de I. & I. n.* III.  
Eckolt. *Comm. ff. eod. §. IV.* Quæ definitur

*Legaliter* ab Ulpiano \*\*\*\*\* *l. 10. pr. ff. de I. & I.* eumque  
secuto Imperatore *pr. I. eod.* constans & perpetua \*\*\*\*\* *Voluntas* \*\*\*\*\*  
*Jus suum* \*\*\*\*\* cuique tribuendi. Conf. Franzk *Comm. ff. n.* XI. Hahn  
*ad W. in π. ff. d. t. n.* X.

*Doctrinaliter*: Tributio ejus, quod secundum Leges de-  
betur. Suend. *ad Eck. Comm. ff. de I. & I. §. IV.* Cui finitioni respondet  
illa paulò generalior Ciceronis *l. de LL.* *Justitia* est obtemperatio scriptis  
Legibus institutisque populorum, à Wesenbecio *in π. ff. d. t. n.* IV. an-  
notata.

*Proximus* & *Internus* \*\*\*\*\* (cui ille aliàs Formali ratione  
contradistinctus hîc itidem respondet) *Juris* (Romani) Interpretationis  
Scholasticæ virtute *n. VI.* eruti applicatio ad actus civiles *l. 1. §. 1. ff. de I.  
& I. l. 2. §. 5, 6. 13. ff. de O. I. l. 10. seqq. ff. de ll. 2. f. 1.* Struv. *Ex. I. th.* XXXIIX.  
add. Hahn *ad W. in π. ff. de I. & I. n.* II. uno verbo: Interpretatio Foren-  
sis, quæ uti *καὶ ἐξοχὴν* Interpretationis Specialis nomine notata Jcto quâ  
tali convenit *dd. text. jun. I. Rhet. XIII. III. Pol. XVI. & IV. Pol. IV.* Hahn *ad  
W. π. ff. de LL. n.* XIIX. ita maximè 1. in Cautionibus 2. in Fori quæstioni-  
bus, quarum aliæ Inventionem, aliæ Decisionem concernunt, occupata  
Hopper, IV. *de Ver. Jurispr.* XX. *seqq.* Hahn. *ad W. d. n.* XIIX. evenit cum  
de



de Jure respondendo vel cum potestate jubendi ac exequendi, in quo consistit munus Judicis, vel sine eâ, in quo pensum residet Jcti Simpli-  
cis, cum primis Collegiorum Juridicorum, Facultatum, Scabinatum §.  
8. 7. de J. N. G. & C. l. 2. §. 35. 47. ff. de O. l. tum litigantium causas orando,  
in quo partes Advocatorum repositæ l. 14. §. 1. C. de Jud. l. 5. §. 11. in fin. ff.  
de reb. eor. qui sub tut. Const. Omnem de rat. & meth. jur. doc. §. 6. Struv.  
d. tb. XXXIIX.

Cui \*\*\*\*\* pro ratione Finis Cujus, cui ille respondet, modò Deus,  
utut non nisi extrinsecus Bechm. I. *Instit. Log.* II. §. 34. modò Respublica,  
modò Civis. Conf. Kleinschmid. II. *Præcogn. Jurispr.* XIX.

\* Cujus distinctiones varias non usque quaque expeditas, quas à plerisque Ar-  
tis, quam profitentur, injuriâ sui que dedecore ignorari forte haud  
vano augurio cum Ehemio suspicatur Kleinschmidius II. *de Præcogn.  
Jurispr.* I. exhibet cum utroque Rennemannus II. *Jurispr. R. G. II.*  
*seqq.*

\*\* Cui non obest vulgatum Metaphysicorum ἀξιωμα, vi ejus omnis Finis  
Intentione primus Executione ultimus effertur; Vel quia & Interme-  
dius suo modo videlicet Mediorum, quæ ad ipsum referuntur, respectu  
ultimus est Stal. *Comp. Metaph. Tab. X. in N.* Vel quia nomen Finis  
Communis instar ὁλός ἐν, quod Univocorum classi propius accedit, ut  
ut absolutè ac peculiariter Fini Ultimo ceu excellentiori speciei adhi-  
rescat, tamen Medio δευτέρος & cum appposito tribuitur, Velthem. I.  
*Inst. Met.* XXIX. §. 9.

\*\*\* Aristoteli τὸ εἶναι VI. *Eth. VIII. sub. fin.* i. esse, quod quidem verbu-  
m non haftenus minus, quam alibi III. *Phys.* III. IV. *Phys.* VI. *sir. 50.*  
III. *de Anim.* II. *tit. 138. 141.* I. *de Generat.* V. *tit. 41.* nihil aliud  
quam rei Quidditatem dicit, quâ explicatur τὸ τί ἐστίν, quid res sit, ita  
distinctionem Rationis strictè dictam ingerit P. Mus. XLIV. *Inst. Met.*  
XXIV. Quamvis aliàs eidem χωρῆσαι τὰ λόγια i. separabilia idem  
audiant, quod Peripateticorum Scholis formaliter distincta, quandoqui-  
dem horum appellatione omnia designat, quæ diversas formales ratio-  
nes habent sive etiam ex Scholasticorum mente discrepent Realiter I.  
*Phys.* VII. r. 60. five Ratione II. *Met.* II. r. 3. Stal. *Compènd. Met. Tab.*  
XXI. in N. P. Mus. XXXIV. *Inst. Met.* XLI. & XXVII.

\*\*\*\* Quæ quidem una est ac simplicissima, quamvis diversis functionibus  
gaudeat & alio sensu, quo modò in se modò relatè ad rationem cujus-  
vis Reipublicæ consideratur, doctrinæ causâ dispesci possit in Univer-  
salem & Particularem. Bach. *Com. ff. de I. & I. c. II. n. II. & ad pr. l.*  
*cod. n. V.* Ex quo conficitur, in Spharâ Jurisprudentiæ, à quâ vulga-  
tam justitiæ partitionem in Universalem ac Particularem & hujus in-  
Distia



Distributivam ac Commutativam veluti Morali Philosophiæ propriam alienam esse ingerit conspicua utriusque diversitas, discutiendis disquisitionibus, utriusque speciei poenarum irrogatio Distributivæ an Commutativæ accenseri debeat, Justitia Universalis an Particularis definiatur *l. 10. pr. ff. pr. I. de I. & I. frustra laborari, Suend. ad Eck. Comm. ff. de I. & I. §. IV.*

\*\*\*\*\* Ex auctoritate Simonidis Philosophi apud Platonem *1. de Republ. Wesenb. in Parat. ff. de I. & I. n. X. Kleinschmid. II. de Præogn. Jurispr. IX. Schilt. I. de Philos. Jur. VII.* Quibuscum Stoici virtutum sedem in Appetitu non Sensuum, quod Aristoteles maluisse creditur, sed Rationali quaerere, ut ex Piccolominæo refert Ludwellus *Ex. I. th. IV. lit. c. add. Thomaf. Phil. Pract. Tab. VII. ibique N. 1. seqq.* Quorum Philosophiæ Jcti Romani ut plurimum adveverant effato Ciceronis passim, Callitratii, qui Platonem *l. f. ff. de mund. Thryphonini & Ulpiani, qui Ciceronem l. 39. ff. de pæn. l. 7. §. 4. ff. quib. ex caus. in poss. Marciani, qui Demosthenem Platonis Gellio teste III. c. XIII. Auditorem & Chrysippum l. 2. ff. de ll. laudat, Gothof. in d. l. 2. lit. a. Merill. I. O. XX. & aliquot seqq.* non tamen se Eclecticorum more manciparant; Cui rei manifesto indicio est, quod apud Julianum *l. 36. ff. de solut. Aristotelem, apud Pomponium l. 3. ff. de ll. & Paulum l. 6. ff. eod. Theophrastum Eresium, illius maximè γνήσιον discipulum & in Lyceo successorem proximum, apud Alphenum. l. 76. ff. de Judic. Epicuri de Effluviis Atomorum dogma laudatum reperias. Conf. Cic. III. de Offic. Schilt. I. de Phil. Jur. IV. seqq.*

\*\*\*\*\* Quibus verbis utut forte edecumato judicio acutissimi P. Musæi *D. de J. & J. §. XXXV.* Auctor definitionis implicite ac circumscriptive Habitum Moralem, cujus celebre τὸ δῆλον ἐστὶν ἐστὶν Duratio, generis loco innuat, tamen hactenus ex Imperatoris & Jcti illam Justitiæ Juridicæ ac Externæ accommodantium sententiâ unâ vi ac energiâ, quam ab aliis ἀλώγως divullam suo sensu tuetur Hørnejus *III. Phil. Mor. XI. §. 15. seqq.* Generis, quod Voluntatis mox per Actum volendi exponendæ verbum dicit, habitudinem defini putem, quam dicit Continguitas eaque non Positiva ac Numerica, sed Negativa & Specifica, ac Interruptioni, quæ per illius Extremum Injustitiam fit, opposita, ita ut secundum hujus Justitiæ normam seposito omni Injustitiæ exercendæ affectu non quidem ad semper, i. continuis momentis sed semper ac renatâ suum cuique tribuere oporteat. conf. Ungep. *Ex. I. q. XI. Pac. I. q. IV. Strauch. D. I. a. III.*

\*\*\*\*\* Supposita non in actu primo pro alterâ Animæ Rationalis parte Potestativâ, cum hæc à Justitiâ instar cum ejus quod perficitur ab eo quod perficit, tum Substantiæ ab Accidenti distet, nec Metonymicâ locutione Subjecti pro Adjuncto, pro Habitu ut Dd. vulgò invito Rennemann *no l. Jurisprud. R. G. XXIX. lit. d.* sed in actu secundo pro Actu voluntaria.



luntatis, eoque non Elicito, sed Imperato Kleinschmid. II. de *Pracogn.*  
*Jurispr.* VII. *seqq.* Conf. Ehem. V. de *Princ. Jur.* II. Welenb. in *π. ff.*  
 de J. & J. n. IV. Bachov. ad *Tr. S. 1. D. 1. th. 1. lit. b.* Hillig. III. ad  
*Darell. 1. lit. a. seqq.* qui cum in ordine ad Voluntatem se habeat Effe-  
 cti Mediatu instar ad Causam, Hornej. II. *Phil. Mor.* IV. §. 3. palam fit,  
 hancce Justitiæ definitionem jure suo prædicationem censeret Impro-  
 priam, quam Logici Causalem, Rhetores Metonymicam Causæ pro Ef-  
 fectu nuncupant; Cui quidem Expositioni utcunque rariori oppidò fa-  
 vet Jurisprudentiæ Romanæ cum Intentio, eaque prima ac Directa,  
 quæ externâ locomotivæ obedientiâ contenta à mentis ἐνταξία ac ha-  
 bitu, cujus ad indeptionem aptis Mediis destituitur, præscindit, *arg. l. 18.*  
*ff. de Pen.* Welenb. in *Parat. ff. de J. & J. n. IV.* Conf. Hahn. *ibid. &*  
*Struv. Ex. I. thes. XLII.* tum Natura, quæ Practicarum disciplinarum  
 censui illam accenset conf. a. I. Quarum Finem Actione efferri vel  
 Ethices exemplum docet Suend. ad *Eck. Comm. ff. de J. & J. §. IV.*  
 Neq; est, quòd existimēs, sic futurum, ut definitio peccet contra canonem  
 Analytices, qui Definitum illiusque Genus sub eodem Prædicamento  
 collocat; Præterquam enim quòd ex Philosophi scitu l. *Eth. l. IV.* in  
 Practicâ Philolophiâ τὸ ἀπερὶβὲς superstitiosè sectari non oportet, sed  
 satis est παχυλῶς καὶ τὴν ὀλίγη ἀληθὲς ἐνδείκναι, Justitiam Le-  
 galem Actualem & Externam, quam sepositâ Morali ac Habituali hîc  
 definitam paulo ante dixi eidem, quo genus est, prædicamento videl.  
 Actionis supponi nihil vetat.

\*\*\*\*\* Jus hîc notat Attributum Personæ Legitimum, i. LL. Roma-  
 nis inductum firmatumve; Quod uti celebriori Debiti laxiùs pau-  
 lò capti nomine circumferri suevit, Borcholt. Bach. Ludw. ad *pr. J.*  
*de J. & J.* ita indifferens est ad utrumque oppositorum, Boni atque  
 Mali, vid. Franzk. *Comm. ff. de J. & J. n. XIII. seqq.* & Effectus in-  
 star relativi resultat ex Relatione scil. Unione Morali rei latius sum-  
 tæ cum personâ add. Hahn. ad *W. in Parat. ff. de J. & J. n. IX.*

\*\*\*\*\* Neque verò Juris applicatio ex eo, quòd in ordine ad Ju-  
 stitiam Legalem, ad quam se refert, Medii instar habeat, hætenus ad  
 Juris Cognitionem cognitique Accommodandi Rationem Finis esse  
 definit, cum alio atque alio respectu quid utriusque & Medii & Finis  
 rationem subire non implicet. Stal. *Comp. Met. Tab. X. in N. & XX*  
*Inst. Met. VII.*

\*\*\*\*\* Qui utut nonnullorum ex iis, qui accuratam affectant  
 Philosophiam, censuram subeat ex eo, quòd, ex quo fieri non potest,  
 ut quis semetipsum moveat, intendat, efficiat, obtineat aut acqui-  
 rat, Finis propriè ac rigorosè dicti Causalitate Formaliq; ratione  
 destitui videatur, vid. Velthem. I. *Inst. Met. XXIX. §. 11. in N.* in  
 Jctorum Scholis uti eximium præbet usum, ita Jure suo Favoris no-  
 men



men obtinuit Schilt. I. *Prax. Analyt.* II. §. 29. & III. c. IV. §. 8. Ceterum id quod obiter in textu tetigi, pressius heic addere pretium est, videlicet Finem Cui hactenus ex ratione Finis Cujus nec perperam fortassis distributum ob mutuam habitudinem, quâ hic ad illum se Formæ instar ad Subjectum habet & inde uterque veluti unâ eâque indivisibili agentis intentione comprehensus Totum intentione ac consequenter Finis Totius rectè audit P. Mus. XXV. *Inst. Met.* XX.

## APHOR. V.

### IV. SUBJECTUM \*

#### *Inhabitionis*

*Quod*, i. quod in casu recto sumtum à Formâ intrinsecè denominatur, est Suppositum Intelligens idque Homo in Individuo, qui à Jurisprudentiâ, cujus habitu pollet, intrinsecus Jurisprudens. \*\* cognominatur l. 13. §. 2. ff. de Excus. l. 2. §. fin. ff. quis ordo in poss. l. 10. ff. de b. p. & nominibus in Jure passivis, nec tam suapte vi quàm crebro illius usu Synonymis modò simpliciter Prudens, §. 8. J. de J. N. G. & C. d. l. 10. ff. de b. p. rubr. ff. de O. I. l. 36. ff. de Stat. lib. l. 6. §. 2. ff. ad Munic. l. 31. §. 1. ff. de vulg. & pup. Subst. l. 31. §. fin. ff. de Ædil. Ed. l. 9. C. de Fid. lib. 2. f. 106. modò Juris (Legis) peritus \*\*\* l. 2. §. 13. ff. de O. I. l. 30. pr. ff. de Excus. l. 17. pr. ff. de Jur. Patr. l. 17. §. 1. ff. Si Servit. vind. l. 2. pr. C. de comm. Serv. man. 2. f. 1. modò Jctus \*\*\*\* d. §. 8. I. de I. N. G. & C. l. 40. pr. ff. de R. C. l. 10. pr. ff. de Grad. l. 4. C. de contrab. Stip. modò LLator l. 2. §. 20. C. de V. I. E. Juris Auctor \*\*\*\*\* d. l. 2. §. 13. de O. I. l. 4. §. 14. ff. de dol. mal. & met. exc. d. l. 17. pr. de Jur. Patr. l. 1. C. de comm. serv. manum. l. 2. §. 1. C. de const. pec. & Conditor l. 1. §. 7. C. de I. V. E. l. 23. C. de Procur. l. 25. C. de nupt. modò Studiosus Juris \*\*\*\*\* l. 1. ff. de Off. Ass. l. 9. §. 4. ff. de pæn. modò Antecessor \*\*\*\*\* rubr. & const. pass. de rat. & meth. jur. doc. ad Antec. Script. l. 1. l. 2. pass. C. de I. V. E. usurpatur. Conf. de aliis Jurisprudentum titulis d. l. 17. pr. ff. de Jur. Patr. l. 4. C. de contrab. stip. l. 4. C. Loc. ibique Cynum, Gellium XII. Noët. Attic. XIII. Cujac. VII. O. XXV. Middendorpium I. Acad. XIII. circa fin. & de Præeminentiis ac Privilegiis Auth. habita C. ne fil. pro patr. ibique Dd. novissimè Richterum, Besoldum de Jur. Acad. c. XIX. Benium III. de Priv. Iet. LV. aliosque apud Speidelium Lex. notab. voc. Juristen Jung. Kleinschmid. VI. de Pracogn. Jurisprud. I.

*Quo* i. quo in casu obliquo sumto quid à Formâ intrinsecè denominatur, est Intellectus, quo aut secundum quem Jurisprudentia homi-



homini inest; Neque enim eidem adæquatè & quoad totam Substantiam, sed quoad Intellectum duntaxat inest. Struv. *Ex. I. th. XL.*

*Operationis*, aliis Occupationis dictum & augustiori Objecti sinu contentum, idque

*Personale* Civis est, quatenus in eum Jurisprudencia Finem (Justitiam v. a. IV.) inducere nititur, ut abinde ceu Formâ denominante Denominatione Intrinsecâ justus, item Justitiæ Sacerdos *l. 1. §. 1. ff. de I. & I. audiatur*, quo sensu intellectus Baldus meruit assensum Hahnii *ad W. in ff. de I. & I. n. II.*

*Reale*

*Remotum*, Res (significatûs Generalioris *arg. l. 1. in f. ff. de R. C. ubi Gothofred. lit. b.*) Divinæ & Humanæ *l. 10. §. 2. ff. de I. & I. §. 1. I. eod. l. 2. ff. de ll. i. Publicæ* eæque cum Sacra tum Publicæ in specie & Privata partim ad Personas, partim ad Res (sensûs arctioris ut illis opponuntur) partim ad judicia diffusæ Hahn. *ad W. in ff. d. t. n. XIV.*

*Proximum*

*Materiale*, quod quidem Jurisprudenciæ cum Theologiâ & Philosophiâ commune existit Hahn. *ad W. d. t. n. II. τὰ πρῶτα* i. actus s. negotia civilia de Rebus Divinis & Humanis Struv. *Ex. I. th. XLI.* i. Publica & Privata, Sacra & Profana, nostro loquendi more Tabulæ utriusque Decalogi, cujus Legumlatorem Custodem & Executorem esse & decet & oportet, Custodia *arg. Const. de concept. ff. §. 1. Franzk. Comm. ff. de I. & I. n. LXXVII. Remem. D. I. th. XIV. add. Bicc. A. I. C. in dispos. §. 1.*

*Formale* \*\*\*\*\* quod hætenus secundum indolem Scientiarum Operatricium, quam depingunt P. Musæus XX. *Inst. Met. XII.* Hahnii *d. n. II.* Kleinschmidius III. *de Precogn. Jurisprud. I. n. 3.* ex Fine eoque vel Proximo vel Remoto æstimatum ingerunt Actus iidem sub hâc Specificatione, in quantum vel iis jus Romanum accommodandum, *l. 1. §. 1. l. 10. §. 2. ff. de f. & f. §. 1. j. eod.* Franzk. *Comm. ff. de f. & f. n. LXXV.* vel iidem mediante Jure eodem ad Justitiam Legalem & ita ad beatitudinem Civilem sunt conformandi *arg. l. 2. in f. ff. de ll. Ehem. IV. de Princ. Jur. I. Rennem. D. I. th. XV.* Struv. *Ex. I. th. XLI.* Ludw. *Ex. I. th. VI. lit. a.* Hahn. *ad W. d. t. n. II.* Kleinschm. II. *de Precogn. Jurispr. I. n. 3.* Neldel. V. *de Us. Org. I. §. 6.* ut ab illâ (Justitiâ)



tiâ) justi cognominentur denominatione non quidem Intrinsecâ, quæ in existentiam supponit Substantiæ humanæ propriam, sed Extrinsecâ, quæ quidem ex parte cum Theologiæ tum Philosophiæ oppidò cessat, jun. Bach. ad §. I. J. de J. & J. n. V. & Comm. ff. eod. c. II. n. V.

\* Hujus hoc in eodem articulo Distinctiones paulò alias congeffit & fusè duxit Kleinschmidius III. de Pracogn. Jurisprud. I. seqq. quarum pleræque, vereor, ut delicatioribus ingemis sapiant.

\*\* Voce Juris generaliori pro Jure Romanorum suppositâ; Ex quo enim primùm vulgò à quamplurimis usque Seculis Jurisperitia dicta fuit quælibet Cognitio Juris illius, quod uni alicui Civitati proprium est, Romæ Prudentes Periti & Consulti Juris audierunt, qui Civile Romanum Jus calluere perinde ac Judæis νομοδιδάσκαλοι γεγραμμάτων & νομικοί fuerunt olim, qui duntaxat circa LL. Hebræorum occupabantur. Conring. III. de Civ. Prud. I.

\*\*\* Jurisprudenti vi vocum inspectâ an συνωνύμως respondeat Jurisperitus, lis quondam Taborem inter & Conringium emicuit, quorum ille asseruit in *Disp. cui Inscriptio: An probabilis sit Novatorum distinctio inter Jurisperitum & Jurisprudentem*, hic negavit in *Epist. ad Lect. operi de Finib. Imp. Germ. annex. & Disp. de Var. & Ver. Jurisprud.* Eam verò distinctione inter Prudentiam Juris Publici & Privati, quam Struvius suppeditavit *Ex. I. th. XLIII.* dirimi arbitratur Eckoltus *ad ff. de O. I. §. V.* Conf. Avian. *Disp. de Contracto. Illustr. hoc sec. agit. th. I.*

\*\*\*\* Etsi enim Prima Romanorum Ætas Jcti nomen à Jurisperiti nomine seriò distinxerat, & illud quidem Antecessoribus, qui Jus publicè profitebantur §. 8. *J. de I. N. G. & C.* & studiosis Juris, quorum alii iique plerique Candidati dicti Assessores, Judices & Legatorum Comitæ fuerant *l. 1. ff. & C. de Ass. l. 2. ff. quod quisque jur.* alii Libris seu Orationibus Principalibus legendis in Senatu vacabant *l. un. §. 2. ff. de Offic. Quæst.* alii scribendis vel dictandis Testamentis adhibebantur *l. 88. §. f. ff. de leg. 2.* hoc verò Pragmaticis, qui teste Fabio *lib. XII. c. III.* & Cicerone *de Orat. lib. III.* Formularii & Leguleji vocabantur eò, quòd in Formulæ componendis negotiosi & quasi mercenarii fuerant, vendicaverat, Conf. Gell. *XII. Noct. Attic. XIII.* Mar. Lyclam. *I. Membr. XIV.* (Ad quam quidem si, ut videtur, respexit Cujacius in N. 44. nil utriusque causæ habuit Bachovius, cur eum & in *Comm. ff. de F. & F. c. de Resp. Prud. n. III.* & ad §. 8. I. de *F. N. G. & C. n. III.* exagitaret) Posterius tamen ævum utrumque ferè commiscuit Franzk. *Comm. ff. de O. I. n. XLVII. seq.* Conf. Conring. III. de Civ. Prud. ad Justiniani usque tempora, ex quibus Jcti nomen Veteribus tantùm illis tribui observat Speidelius in *Lex. not. tab. Soc. Juristen.*

Non



\*\*\*\*\* Non quidem ratione Formæ & Constitutionis, sed cum Materix, tum Interpretationis illiusque Suppletivæ, l. 2. §. 5. 13. ff. de O. F. & Compositionis d. l. 2. §. 2. 41. 44. Vinn. ad §. 8. F. de F. N. G. & C. Svend. ad Eck. Comm. ff. de F. & F. §. II. Conf. omnino Rævard. de Auctor. Prud. c. IX. in fin. c. X. XIII. in f. & seqq. Cujac. VII. O. XXV.

\*\*\*\*\* Et forte ita modestiæ causâ se appellari voluerunt Jcti exemplo Pythagoræ, qui primus Φιλόσοφον se dixit, cum antea σοφοί nuncuparentur, Bachov. in §. 8. F. de F. N. G. & C. n. III.

\*\*\*\*\* Antecessorum nomen, cujus notiones varias exhibuit Harprechtius ad d. §. 8. F. de J. N. G. & C. n. III. seq. hactenus ceteris non nihil arctius; Es siquidem illi significantur, qui alibi ut in Prefat. Pand. passim Juris ἐξηγηταί, Interpretes, Magistri, Præceptores, Professores, & l. 2. §. 40. & passim ff. de O. I. l. 16. §. 12. ff. de Excusat. τῶν νόμων διδάσκαλοι, i. LL. Doctores, Græcis ἀντικλήτωρες ceu ex Inscriptione Græc. Instit. Theophili apparet, dicuntur; Videl. qui Forum sequebantur, Togati, qui Scholas, Antecessores audierunt, vel quòd functionis causâ Principem in publico antecesserint, vel potius quòd loco Censuræ fuerint & morum coercitionem habuerint Const. Omnem de rat. & method. Fur. doc. §. pen. Unde rectius fortè Antecessores exemplo cum Theophili & reliquorum Græcorum tum ipsius Justiniani legas, Borcholt. in §. 8. J. de J. N. G. & C. n. IIX. minùs verò Latine Prædecessores. Rittershus. in præf. Inst. p. 15.

\*\*\*\*\* Quod cum Materiali contradistinctum non sit, sed Modum considerandi specificum superaddat, quo res pluribus Scientiis communis ad certam Scientiam coarctatur, P. Mus. XX. Inst. Metaph. X. Bachov. ad §. 1. J. de J. & J. n. V. Kleinschm. d. sect. I. n. 3. aptiori Rationis Formalis Objectivæ nomine pridem in Scholis circumferri suevit. Velthem. Inst. Met. c. pralim. §. XXII. seqq. & I. c. XXX. §. 10. in N.

## APHOR. VI.

V. PRINCIPIA & MEDIA, Conf. Neldel. V. de Us. Org. I. c. 5. & 10. quorum duo sunt v. Hahn. ad W. in π. ff. de I. & I. n. II. videlicet Juris Romani

1. *Cognitio* (γνώσις, à quâ differt θεωρία, quæ cum Disciplinis Operatricibus, cujusmodi est Jurisprudentia Romana, nihil commune) arg. l. 1. §. 1. ff. de I. & I. l. 2. §. 43. ff. de O. I. Hahn. ad W. in π. ff. d. t. de I. & I. n. II. Struv. Ex. I. th. XLIV. secundum Verba, Sensum & Rationem \* Franzk. Comm. ff. de LL. n. XVII. & quæ illam antecedit, Facti secundum omnes



Circumstantias \*\* *arg. l. 10. §. 2. ibi: Notitia ff. de I. & I. l. 52. §. 2. ff. ad L. A. l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 13. C. de Transact. Struv. Ex. II. th. XLV. quæque ex sententiâ Schilteri l. Phil. Jur. XV. & VIII. §. 45. contra Duarenum l. D. XLI. & in l. 122. §. 4. ff. de V. O. it. in Scævola suo, cui accedere Frantzkius Comm. ff. de O. I. n. LL. seqq. & Zieglerus Dicast. Concl. XXXIV. §. 2. non minùs ad Jcti munus pertinet conf. Arist. II. Erb. II. Conring. III. de Civ. Prud. p. 32. seq.*

2. Interpretatio \*\*\* *arg. d. l. 1. §. 1. ff. de I. & I. l. 2. §. 5. & 13. ff. de O. I. l. 12. l. 17. ff. de LL. l. un. C. de Prof. qui in Urb. Constant. Hahn d. n. II. non quidem Authentica & Auctorialis, quæ vi nominis radicaliter & actu primo v. Hahn d. t. n. XIX. solius Legislatoris \*\*\*\* est, utpote à quo Lex pendet in fieri & in esse l. 1. 9. & f. C. de LL. N. 143. pr. & tum potissimum locum invenit, cum verba Legis ita obscura sunt, ut voluntas Legislatoris aut omnino lateat, aut admodum vacillet d. l. 9. Fr. Comm. ff. de LL. n. VII. & IX. nec præcisè Usualis, quæ uti à Consuetudine & ipso Usu Judicati pendet l. 34. l. 37. ff. de LL. l. 34. de R. I. ita Interpretationis non Species, sed Accidens est, Schilt. IX. Phil. Jur. XLVII. Sed Doctrinalis Suend. ad Eck. Comm. ff. de I. & I. §. 3. eaque non tam Politica, quæ in Senatu ac Republicâ, ubi de Legibus condendis, corrigendis, recipiendis ve agitur & utrum rectè latæ sint, & ideo recipiendæ aut retinendæ, nec ne, inquiritur, cum primis versatur, quâ de Hopper. IV. de Ver. Jurispr. XXIII. Schilt. II. Prax. Analyt. XXIII. nec Forensis & Practica, quæ quemadmodum LL. in Scholis identidem versatas in Forum veluti pulverem & solem propellit, ita rectius fortassis Finis illiusque Proximi nomine censetur Vid. a. IV. quàm Scholastica & Theorica, quæ eruendæ duntaxat veræ Legum Intelligentiæ operatur, conf. Hopper IV. de Ver. Jurispr. VII. Tab. de Jur. Cerevis. c. ult. §. X. & distinguitur ratione materiæ gradualiter in Universalem, quæ totius Juris Romani cardinem enarrat, Generalem, quæ uti cujusque in eo tituli summam vel κατά τὴν πόδα vel κατά τὴν ὄψιν καὶ διαύοισιν aperit, ita modò Paratitularis, modò Commentaria nomine circumfertur, & Specialem, quæ singulos cujusvis Legis articulos evolvit Hopper. IV. de Ver. Jurisprud. XII. Hahn ad W. in π. ff. de LL. n. XVIII.*

Hæc vicissim ab ita ratione Finis

1. in Quidditativam (Historicam) quæ, quid Lex velit secundum tam Subjectum quam Prædicatum adscitis argumentis præcipuè Historicis, Grammaticis, Dialecticis exponit; Eâ contenti nominan-



nantur Critici & Humanistæ, *Æthiologicam*, quæ maximè in investigandâ Ratione, cur Lex velit, quam ex Statu Rhetorum Conjecturali, Finitivo & Jureciali peti oportet, occupatur; Ubi tamen seriò cavendum, ne in Lege merè Positivâ Rationem illius nimis anxie scrutaris, cum alioquin multa subverterentur, *l. 20. cum seq. ff. de LL. Pragmaticam*, quæ Legis vim ac utilitatem expedit, & *Analogicam*, quæ prævio prædictarum partium concursu Legem eminens dissidentem cum Lege conciliat. Hopper. IV. *de Ver. Jurisprud. XV. seqq.* Hahn *ad W. in w. ff. d. t. de LL. n. XVIII.*

2. in *Simplicem* & eam, quæ fit per *Æquitatem* \*\*\*\*\*

*Illa* aliis Declarativa, Explicativa, Historica dicta coincidit cum *Quidditivâ*, Hahn *d. n. XVIII.* & quemadmodum Intelligentia est proprii ac immediati sensûs legis *Fr. Comm. ff. de LL. n. XIII.* ita Interpretationis species non est, sed nudæ Applicationis Schilt. IX *Phil. Jur. XLVII.* Ceterum cum locum illi & ambiguitas & Obscuritas Legis paret, distinguendum, utrum Verbum sustineat plures Significationes Proprias, an unam Propriam sive Naturalem aliam Impropriam sive Civilem; 1. casu capitur illa, quæ subjectæ Materiæ convenit, ut in *l. 50. S. f. ff. de leg. 1. l. 67. de R. I. 2. Propria \*\*\*\*\* arg. l. 8. ff. de aur. & arg. leg. l. 1. S. 20. ff. de exe. c. act. dura utut & aspera arg. l. 12. S. 1. ff. qui & à quib. manum. \*\*\*\*\* jun. can. 3. dist. 4. l. 20. ff. de LL. Sutholt. D. I. a. IX. add. X. Struv. Ex. II. tb. XLVII. scilicet Regulariter; Nam Improprium utique significatum ingerunt 1. Communis loquendi usus *l. 52. S. 4. ff. de Leg. 3. c. 7. X. de Spons. exceptis tamen vocabulis Juris Technicis, quæ ille impropriandis par non est, post Suarezium Franzk. d. t. de LL. n. XXIII. & Unverf. VI. de Pæd. Jurisprud. XCVIII.* 2. Materia subjecta *arg. d. l. 67. de R. I. l. 101. S. 2. ff. de condit. & demonst. l. f. C. de his, qui ex publ. ration.* 3. Studium vitandæ Absurditatis, *arg. l. 7. ff. de bon. libert. l. 4. S. 2. ff. de in jus voc. Contrarietatis, arg. l. un. C. de inoff. dot. d. l. 101. S. 2. ff. de cond. & Illusionis, arg. l. 22. ff. de Us. & hab.* 4. Personæ (verba proferentis vel ad quam illa diriguntur) Qualitas, *arg. l. 12. S. 4. eod. & 5. in summâ quævis Ratio prægnans aliæque non in LL. modò sed & Actionibus hominum ex Consuetudine Regionis, ex iis, quæ præcedunt vel sequuntur, & aliis Circumstantiis extractæ diversæ voluntatis Conjecturæ. Coraf. IV. de Art. Jur. II. seqq. Svarez. VI. de LL. I. n. 7. & II. n. 1. seqq. Hahn. d. n. XVIII. in primis Gallin. de V. S. II. seqq. add. Don. I. Comm. XV. ibiq. Hillig.**

*Hec* dispescitur in Extensivam & Restrictivam, \*\*\*\*\* *Illa*



*Illā* in eo Statū Legalis Loco, qui Rhetoribus Ratiocinatio dicitur, fundata uti sententiam Legis verbis latiorē \*\*\*\*\* præsupponit, ita finitur Progressio iusta de dispositivo expresso ad non-expressum, rursūque excurrit

1. ratione *Finis* in *Activam*, quæ est progressio iusta de dispositivo expresso ad diversum intrinsecè non expressum, & *Passivam*, quæ est progressio de dispositivo expresso ad ejus Formam extrinsecè non expressam; Illius natura est influere, Hujus suscipere & ab alio informari & Usus in Statutis potissimū attenditur, quæ vulgato axiōmate Interpretationem passivam à Jure Communi recipere dicuntur, Cæpoll. *de Extens. Jur. Interpret. sub Rubr. quotupl. sit Extens. c. III. Fr. d. t. de LL. n. XIV. seqq. jun. Bolognet. in l. 9. ff. de l. & I. n. CCLXXI. & n. CCLXXV. Svend. ad Eck. Comm. ff. de O. l. §. 7.*

2. ratione *Objecti* in *Verbalem* (Formalem, Externam) quæ fit, si quando verborum proprietas Naturalis vel porrigitur ad Civilem vel prorsus tollitur & impropriatur. *Prior* Extensionis Verbalis modus obtinet in materiā Favorabili, ac nemini præjudicante, *arg. l. 1. §. 2. ff. de Leg. præst. N. 89. c. 9. inf. Conf. Alciat. II. de V. S. XV. Posteriori* verò sicuti causam dat studium avertendæ à lege cū Illusionis, Injustitiæ aut Absurditatis *arg. d. l. 22. ff. de Us. & Hab. l. 13. §. 2. ff. de Excus. l. 39. ff. de Op. Lib. c. 17. de Sent. Excomm. in 6. jun. l. 18. ff. de LL. Alciat. d. lib. II. n. VII. tum Repugnantia Juris Antiquioris Guttierrez. III. q. XV. n. 34. vel Consuetudinis receptæ, arg. l. 23. l. 37. ff. de LL. ita locus est in omni lege, etiam Odiosâ, Pœnali *arg. l. 4. ff. ad Sc. Mac. Alciat. d. l. II. n. XLVII. & Correctoriâ Id. d. lib. II n. XXXI. & Mentalem* (Virtualem, Internam) quâ Lex ultra verba etiam impropria ad casus omisso extenditur ex Rationis \*\*\*\*\**

1. *Identitate* *arg. l. 32. pr. ff. ad L. A. l. 47. ff. Sol. matr. add. l. 29. §. 5. ff. de Lib. & Postb. ibique Franzk. D. III. m. I. Sect. III.* Ea propriè & in effectu non tam Extensio est, quàm virtualis Comprehensio Rationis, inde Doctoribus sat aptis vocabulis Extensio Comprehensiva, Intensiva, Illativa & Intellectiva dicta & bifariam contingit modò ex *Necessitate* & locum invenit in omni Legge etiam Pœnali *arg. l. 2. §. 29. ff. ad Sc. Tert. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj. l. 32. pr. ff. ad L. A. d. l. 47. ff. sol. Matr. Panormit. in c. f. X. de Rescr. n. X. seqq. & inc. 44. X. de Elect. n. 9. Coraf. de Jur. Civ. in art. red. c. VIII. circ. fin.*



fin. secus ac Dd: vulgò \*\*\*\*\* Add. tamen Alciat. *d. lib. II. n. 51.*  
Correctoriâ Fr. *d. t. de LL. n. LIII. seqq.* ut & Limitatoriâ *l. 3. §. 1. l. 11. ff.*  
*de reb. eor. qui sub tut. l. 3. ff. quand. ex fact. Tut. l. 1. C. de Jur. & Fact.*  
*Ignor. l. 2. C. de Cur. Fur. l. 8. C. de revoc. Don. l. un. C. de his, qui ant.*  
*ap. Tab. Auth. Res, quæ C. Comm. de Leg. c. 4. X. de conf. Util. fufius Al-*  
*ciat. d. lib. II. n. LXIV. & Everh. in Top. Loc. à Rat. Leg. n. XLIII. seqq.*  
Fr. *d. t. n. LVI. seq.* non item Exorbitante \*\*\*\*\* *arg. l. 15. 16. ff. de*  
*LL. l. 141. de R. I. c. 28. X. eod. Don. I. Comm. XIV. in f. Franzk. d. t. n.*  
*LVIII. seq.* modò ex *Congruitate* & quâdam saltem *Probabilitate* & regu-  
lariter cessat in LL. *Odiosis* & *Pœnalibus*, nisi hæ alio respectu *Favora-*  
*biles* sint vel salutem animarum concernant, Alciat. *d. lib. II. n. LI. E-*  
*verh. in d. loc. n. LXVIII. seqq.* Fr. *d. t. n. LI.*

2. *Paritate*

(*Similitudine, Adæquatione*) *arg. pr. J. de leg. Par. Tut. l. 4. ff. Si quadrup.*  
*l. 1. ff. de arb. cad. l. 11. ff. ad L. A. l. 29. §. 5. ff. de lib. & Posth. Gœdd. in*  
*l. 6. §. 1. de V. S. n. XVI. Fr. ad d. l. 29. D. III. m. I. sect. II. per tot. & in*  
*Comm. ff. d. t. de LL. n. LXIII. & duab. seqq.* add. *Rævard. de Auth. Prud.*  
*c. X. seqq.* & hæc locum habet in LL. duntaxat *Favorabilibus*, non *Odi-*  
*osis* nec *Pœnalibus*, multò minùs *Correctoriis*, eleganter *Suarez, VI. de*  
*LL. IV. n. VI. seqq.* Fr. *d. t. n. LXVI. & duab. seqq.*

Hæc (*Restrictiva*) quæ non men-  
tis, quæ restringi non potest, quin simul *Lex*, quæ in mente consistit, ex  
parte tollatur, sed verborum generalitatem ad proprium significatum,  
eumque *Civilem* vel *Naturalem* coarctat Fr. *d. t. n. LXXXIII. seq.* venit  
vel 1. ex ipsâ *Lege*, illiusque vel *Verbis* aut *Præcedentibus* *arg. l. f. ff. de*  
*hered. Inst. l. 134. §. 1. ff. de V. O. aut sequentibus arg. l. 2. l. 7. §. 1. ff. de*  
*Supell. leg. l. 20. ff. de R. C. l. 20. §. 6. l. 23. ff. de hered. pet. Forster, II. de*  
*Interp. III. n. 8. seqq.* Fr. *d. t. n. LXXII. vel Ratione \*\*\*\*\* eâ-*  
que aut in *Lege* expressâ, *arg. l. 1. §. 2. & 3. ff. de Ædit. Ed. aut aliunde ex*  
*Circumstantiis* potissimùm verò 1. ex *Subjectâ Materiâ* *arg. l. 1. §. 1. jun.*  
*§. 6. l. 14. §. f. l. 43. ff. d. t. l. 2. §. 1. jun. §. 2. ff. ad Sc. Vellej. l. 6. §. 2.*  
*jun. l. 14. ff. de Jur. Patr. 2. ex Capacitate* vel *Idoneitate Subjecti* *arg. l. 3.*  
*§. 14. ff. de Sc. Silan. l. 32. §. 2. ff. de Usuf. leg. l. f. ff. de Appell. recip. l. 2.*  
*C. de Ped. Jud. c. 1. inf. de Jurejur. in 6. collectâ Alciat. I. de V. S. XVI.*  
*Bolognet. in d. l. 6. ff. de J. & J. n. CLXXXIV. Zas. I. Sing. V. n. 4. Fr. d.*  
*t. n. LXXXIII. seq.* vel 2. *Aliunde* & quidem vel (a) ab *Æquitate*, eâq; aut

D

Natu-



*Naturali*, scilicet sicubi Verborum generalitas inconueniens sit & vel contra Utilitatem Publicam aut Iustitiam Naturalem tendat, vel Absurditatem importet *arg. l. 90. l. 183. de R. I. l. 18. seq. ff. de LL. l. 43. ff. de Relig. l. 24. §. 4. ff. de damn. inf. l. 8. C. de Jud. l. 2. C. de Condit. insert. add. c. 15. X. de Appell. c. 15. X. de Offic. & pot. Jud. del. g. aut Civili*, quæ æstimatur ex variis Circumstantiis vel *Personarum* & aut ob Præminentiam, aut aliam aliquam Qualitatem & Conditionem, V. Alciat. *d. lib. 1. n. XLIX. seqq.* Bolognet. *in d. l. 6. n. CXCIII.* vel *Rerum* & aut Quantitatem aut Qualitatem, quò spectant earum Tenuitas, Sterilitas, Melioratio, Evidentia & Notorietas vel *Loci, Temporis aliarumque* Causarum, quò referri potest iustus Error, Ignorantia, Necessitas, & similes, quæ quotidiè occurrunt, Circumstantiæ, Eleg. præ ceteris Alciat. & Bolognet. *ad. l. vel (β) ex aliis LL. iisque vel Prioribus, Limitantibus, Distinguuntibus, aut Determinantibus, siquidem Lex posterior de iisdem Personis & Rebus locuta est arg. l. 26. seq. ff. de LL. Exemplum est in l. 15. ff. qui satisd. cog. jun. Auth. Offeratur C. de lit. cont. Bachov. in d. l. 26. vel Posterioribus, utpote quæ si Generales sint, priorem Specialem non tollunt arg. l. 28. ff. de LL. l. 35. C. de inoff. Test. l. 32. C. de Appell. l. 27. C. de Testam. Don. I. Comm. XIII. in f. Fr. d. t. n. LXXVII. seqq.* Ceterum quemadmodum Restrictiva se cum primis exerit in 1. Jure Singulari *arg. l. 14. cum duab. seqq. ff. de LL. 2. Legibus Correctoriis, cessante sc. Ratione Inductivâ. Castrenf. in l. 15. C. de Fideic. Vasq. I. de Testam. VIII. n. 8. jun. Fr. d. t. n. LIII.* 3. Consuetudine à Jure Communi in casibus Specialibus recedente *arg. d. l. 14. de LL.* 4. Statutis præter vel contra Juris Communis tenorem speciali de casu disponentibus, Gail. II. O. XXXIII. n. 4. Struv. *Ex. II. th. L.* ita abludivit à Lege, quæ vel Verbis Geminatis præter dictionem Universalem utitur, vel quid certâ ex Ratione pro Formâ observari constituit *arg. l. 13. ff. de reb. eor. qui sub tut. c. 1. de Reb. Eccl. in 6.* Quorum tamen illud ad casus, qui solo Jure Civili non satis admitterentur, *arg. l. 42. ff. de Jurej. ubi Gl. l. 78. §. 1. de leg. 3. bene Alciat. II. de V. S. XVI. Conf. Zas. I. Sing. V. n. 4. Bolognet. in d. l. 6. n. CLXXXIV. Forster. III. de Interpr. Jur. III. hoc ad Formam favore publico introductam l. 8. §. 6. ff. de Transact. Alciat. d. lib. II. n. XVIII. Conf. Simoncell. III. de decret. in contract. min. VIII. Insp. XVI. n. 126. jun. n. 128. restringi oportet, Fr. d. t. n. LXXXV. seqq.* Adde sis de difficili Interpretationis materiâ fuse & eleg. Svarez. VI. de LL. V. *seqq.*



seqq. Dom. de Soto I. de J. & J. VI. Molin. I. de J. & J. II. D. LXXXI. Co-  
raf. IV. de Art. Jur. V. seq. Bolognet. de LL. Jur. Equit. XXXIV. & pass.  
Steph. de Phæderic. Brix. de Interpr. LL. Don. I. Comm. XIII. XIV. ibiq.  
Hillig. Matheac. I. de Viâ & Rat. Jur. XI. & I. c. II. seqq. Conn. I. Comm.  
XI. Gallin. de V. S. II. usque ad X. inclus. & alios apud Sutholtum D.  
I. a. XVIII.

\* Verba sunt quid extrinsecum, sensibile & veluti Materiale duplici supposita  
significatui, Naturali & Civili. Franzk. Comm. ff. d. t. n. XVII. Conf.  
Hahn. ad W. in Par. ff. eod. n. XIX. Sensus Mentis item Volun-  
tatis nomine notatus l. 17. 18. 19. 29. ff. de ll. uti in esse suo ab Inten-  
tione Legislatoris procedit, ita Intinsecæ Formæ, Spiritus ac Animæ  
instar habet verba corpori similia quasi vivificantis. Fr. d. t. n. XIX.  
Conf. Velthem. II. Introd. ad H. Grot. de J. B. & P. XVI. §. 2. *Ra-  
sionem*, quæ hîc Causam Finale[m] dicit, vulgò cum Mente Legis con-  
fundi videas; At perperam & invitâ utriusq[ue] indole, quod pridem è  
Veteribus observare Bartolus in l. 3. §. f. ff. de legit. tut. & Decius  
in l. 1. c. de edend. n. XII. & in c. 41. X. de Appell. n. I. tum quia in  
animo Legislatoris illa distincta sunt; Aliud enim est voluntas s. In-  
tentio, secundum quam vult aliquid præcipere, aliud Ratio, ob quam  
moveretur, tum quia per legem humanam Positivam multa arbitrio Le-  
gislatoris statuuntur sine certâ Ratione, quatenus illa circa actus In-  
differentes versatur, qui ab initio secundum Aristotelem V. Eth. X. hoc  
vel illo modo fieri & non fieri licitè possunt, arg. l. 1. ff. de Const. Princ.  
l. 20. ff. de ll. Suárez. VI. de LL. II. n. 20. Fr. d. t. n. XIX. seq.

\*\* Circumstantias, quæ definiente Camerario Proleg. ad Theognid. Ad s.  
Circum-jectiones sunt eorum, quæ rem propositam consequuntur, vel  
ipsi subjiciuntur, non omnes eodem numero concludunt; Earum enim  
quinq[ue] recenset Aristoteles II. Eth. V. Septem Saturninus l. 16. §. 1. de  
Pan. Sex Camerarius d. l. Piccolomineus II. Grad. XII. refert decem,  
quas ad 4. Causarum genera apprimè cum Slevogtio D. de voluntar.  
reduxit Conringius de Civ. Prud. X. p. 207. Conf. Velthem. I. Inst. Met.  
XIV. §. 10. seq. & Schilt. VI. Phil. Jur. XIV. seqq.

\*\*\* Interpretatio LL. ut sic & præcisè, cum indubiè sit è numero Communium  
verborum, accuratè finiri nequit, ut talis tamen & ratione significat[us] famo-  
sioris, quem Doctrinalis eaq[ue] Forêsis habet, (ut ut latiori non nihil sui fini-  
tione) vulgò describitur Juris dubii ad singulares cas[us] in Foro obveniêtes  
dextra accommodatio v. Mant. I. de tac. & amb. cond. II. tit. XVI. duo namq[ue]  
sunt quasi Vitia Legû Positivarû, quæ illa corrigendis operatur, unû con-  
tingit Legislatorib[us] Volentib[us], quando generaliter illi constituunt de iis,  
quæ ἴτι τὸ πλεῖστον, i. ut plurimum, (frequenter & faciliè) accidunt, ca-  
sus, qui ὀκ τὸ ἀλόγιστον, i. rarò (inopinatò) contingunt, consultò o-  
mittentes l. 3. 4. 5. 6. 10. & 12. ff. de LL. Arist. V. Eth. X. ibiq[ue] Eustrat.  
n. XII.



n. XII. seqq. Conf. latè Hahn. ad W. d. t. n. III. Alterum iisdem In-  
vitis, ubi eos aliquid effugit, Hahn. d. t. n. XVIII. jun. Bolognet. de Leg.  
Jur. Æquitat. XXIX. Et ut rem à principiis arcessam, Artis Ἐπιπέτευ-  
Ἰκνῆς, quæ in Corpore Juris utut peculiari sede careat, textt. tamen  
nonnullis sub tit. de LL. aliisq; subinde repositis quadantenus evolvitur  
Struv. Ex. II. th. XLIV. & XLVI. prima veluti lineamenta duxit Aristo-  
teles, incrementa fecit Hermagoras, Rhetor & Jctus Antiquissimus  
Gerh. Voff. I. Inst. Orat. XI. in Epil. Minubianus quoq; & Porphy-  
rius, nec non horum Commentationibus plurimum adjutus Hermoge-  
nes, Hotomann. in Jctō p. 48. quæ Commentariis non omninò tamen  
absolutis & illustrarunt & adauxerunt in fine n. enumerati Dd. quorum  
curam in hoc genere Rei Juridicæ Bono ad nostrum seculum traduci &  
argumentis dignis commonstrari etiamnum optes cum Sutholto D.  
I. a. XVIII.

\*\*\*\* Videlicet à Legislatoris Intellectu & Voluntate Lex essentialiter pendet  
& mensuratur, in quo secernitur Authentica ab eâ, quæ est Jcti, cujus  
intellectus ab ipsâ Lege pendet & ab eâ, tanquam re intellectâ mensura-  
tur, latè & eleg. Aretin. in Deduct. quomodo cum Edict. Casar. Relig.  
comparat. sit q. II. per tot. & Fr. d. t. n. IIX. Ex quò ea, quæ circa  
Imperii Statuta, imprimis Pacis instrumentum occurrunt, dubia, non in  
Judiciis, sed ab ipsis illis, à quibus ista provenerunt, decidenda rectissimè  
subinfert Mevius I. Dec. LXVII.

\*\*\*\* Æquitas, Græcis Παιδεία, ut sic refertur ad Prædicamentum modò  
Quantitatis & dicit duorum pluriumque, quos inter res aliqua est,  
proportionem, Vultej. I. Jurisprud. Rom. I. modò Qualitatis. & no-  
tat quendam Justitiæ habitum, modò Actionis & effert actum ex illo o-  
riundum, & scitè ab Aristotele V. Ethic. XIV. finitur ἐπιπέτευ-  
τὸ νομίως δικαίως, i. Correctio (seu potiùs attemperatio & directio  
quædam) Juris Legitimi illiusque Civilis ad suum intellige Finem. Fr.  
Comm. ff. de J. & J. n. XLVII. Add. Sutholt. D. I. a. XXXV. Medio  
sensu sc. pro habitu hic supposita duabus constat partibus Essentialibus,  
Materiâ (ex quâ) & Formâ; illam, cui hæctenus respondet concep-  
tus Communis ac Fundamentum, conficit Justitia Germana vel ipse  
Juris Naturalis tenor, unde omnem Interpretationem Juris diducere  
oportet, arg. l. 13. §. pen. ff. de Jurej. Quo sensu Æquitas Naturalis  
audit l. 1. ff. de const. pec. l. 1. §. 4. ff. de suis & leg. Her. l. 14. ff. de  
Condict. Ind. l. 1. pr. ff. de Pact. l. 1. pr. ff. de Min. l. 1. ff. de req. Reis.  
l. 13. §. 7. ff. de Excus. & uti cum Jure, quod Romanis jam tempera-  
tura, remissum l. 11. pr. ff. de Paen. jam benignum, humanum l. 2.  
C. de rescind. Vend. jam bonam & æquum l. 91. §. 3. ff. de V. O. jam U-  
tilitas communis l. 31. §. 2. ff. ad L. A. jam summa Æquitas l. 31. pr.  
ff. de pos. Nostratibus Mildes / billiges Recht / Billigkeit / Mildigkeit di-  
citur.



aitur, coincidit, ita secundum quid eo modo, quo vinum melius bono  
l. 75. §. 2. ff. de V. O. Juri Scripto ( non quidem Recto, Mero & Ordini-  
nario l. 8. C. de LL. l. 31. pr. §. 1. ff. Dep. l. 16. pr. ff. de min. quod  
ipsum quoque æquum & bonum est, d. l. 31. sed Stricto, Duro, Ri-  
goroso, Subtili l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manum. d. l. 11. pr. ff. de  
Pæn. l. 24. §. 10. ff. de Fideic. Lib. l. 32. §. 2. ff. de Usuc. Auth. ex com-  
plexu C. de inc. nupt. Germ. dem Scharffen/Engen/ Strengen/ Star-  
cken Rechte.) opponitur l. 1. C. de LL. l. 16. ff. de Cond. & Dem. l. 52.  
§. f. ff. de Pact. l. 2. §. 5. ff. de Aq. & aq. plus. l. 13. C. de Procur. l. 61.  
§. 5. ff. de Furt. l. 4. §. 2. ff. de Off. Proc. l. 36. ff. de V. O. jun. §. 1. J.  
de Exc. & l. 2. C. de Jud. Arist. V. Eth. XIV. & l. Rhet. XIII. Ungep.  
I. Ex. IX. in N. Conf. Hahn, ad W. de J. & J. n. XIII. Et ita intel-  
ligendi forte sunt Fulgosius in d. l. 1. C. de LL. n. VII. Connanus I.  
Comm. XI. n. 4. & Donellus I. Comm. XIII. Hac (Forma) cui hinc  
quadrat conceptus Proprius, consistit in Relatione illâ Transcendentali,  
quâ Æquitas ad Justum non quidem Naturale, sed Civile, (i. LL. Ci-  
viles) quod Generaliter intellectum & applicatum sæpe in injuriam de-  
generat, & dehinc ne impingat in Justitiam Naturalem, emendatione  
quâdam seu attemperatione, vel potius verâ [Legislatoriæ Intentionis  
explicatione indiget, eleg. post Suarez. I. de LL. II. n. 9. seqq. Fr. Comm.  
ff. de J. & J. n. XLVIII. seqq. non ut ad purè terminum, sed sub rati-  
one Objecti refertur Hahn. ad W. d. t. de J. & J. n. XVIII. Svend, ad  
Eck. Comm. ff. eod. §. 28. Quo intuitu cum habitum dicat interpre-  
tandi, i. corrigendi, s. potius attemperandi & dirigendi juris Positivi  
ad suum finem, utro modo sive in Abstracto sive in Concreto sumatur,  
nec ad Scriptum, nec ad Non-Scriptum Jus pertinet Rennem. Jurisp.  
R. G. Proleg. D. XIII. th. XXIV. seqq. Hahn. d. t. n. XIX. Struv. Ex.  
II. th. XLIV. Svend, ad Eck. d. t. §. 28. Diss. Wesenb. d. t. de J. & J.  
n. XIX. Conf. Bachov. ad d. t. ff. de J. & J. c. de divis. & spec. J. Civ.  
n. 1. & III. Sutholt. D. I. a. XXXVI. Fr. d. t. de J. & J. n. LIII.  
Strauch. D. Pand. I. a. XII. Bolognet. de LL. Jur. & Æquit. c.  
XXXI. De cetero Æquitati formaliter sumtæ præcisè repugnant  
à i. Bera i. Syn. Basil. VII. tit. III. Ciceroni Jus Summum, quæ si-  
cuti in usu Juris modò Stricta Ratio l. 43. in f. ff. de Relig. modò apex Ju-  
ris l. 29. §. 4. ff. Mand. modò Mera Cognitio, l. 14. §. 13. ff. eod. modò ver-  
borum Subtilitas l. 20. in f. ff. de R. C. modò Scrupulositas nimiaque  
subtilitas l. 12. ff. de inj. nupt. modò cavillatio & subtilitas Ju-  
ris l. 17. ff. eod. modò Auctoritas Juris Scientiæ l. 91. §. 3. ff. de V. O.  
modò Ratio subtilis disputandi l. 51. §. 2. ff. ad L. A. modò Regula  
subtilis l. 13. ff. de lib. & posth. audit, ita finitur & el habitus omnes  
casus singulares juxta τὸ πῶλον & Literam Legis non attentâ Legisla-  
toris mente & nullâ Circumstantiarum ratione habitâ exigendi. Ba-  
chov. ad Pand. d. t. de J. & J. c. de Æqu. n. V. Vel Prædura Juris  
Scripti & ab Humanitatis Regulâ aliena Interpretatio, Gothof. ad l. 8.



*C. de Jud. lit. i. & secundum illud Terentii in injuriam degenerat.*  
2. quæ illi fermè affinis est *Συνοψια*, i. perversa ac malitiosa Juris Interpretatio, Jctis Calumnia l. 19. ff. ad Exhib. Conf. Cic. de Off. I. & illa quidem contrariè, ut homini Politico & Humano Barbarus, ut Spiritui litera Gothof. d. l. hac verò inspecto eo, quod Formæ rationem habet, Privativè, sint licèt, qui contra existiment.

\*\*\*\*\* Quæ arguitur 1. *Auctoritate arg. l. 83. l. 235. de V. S.* Inde est, quòd nec illa abjicienda sint vocabula, purioribus quæ subolere videntur aut *Barbarismum*, cujusmodi in l. 1. §. 13. ff. de Var. & extraord. cogn. l. 23. de leg. 3. N. 6. c. 6. l. 3. §. f. ff. quod vi. l. 9. §. 2. ff. cod. l. 100. ff. de V. O. l. 29. pr. ff. ad L. J. de adult. l. 53. pr. de V. S. l. 14. §. 1. ff. de leg. 1. l. 33. C. de inoff. Fesl. l. 4. C. Locat. l. 13. §. 1. ff. de L. Corn. de Sic. l. 1. §. 2. ff. de fer. l. 15. in f. ff. de negot. gest. vide sis Mæster. tium de Just. LL. Rom. II. Dub. LXVII. aut *Gracismum*, cujus commatis in l. f. ff. de Jur. delib. l. 10. §. 8. ff. qua in fraud. Cred. l. 3. §. 1. ff. de Collat. ubi Gothof. lit. g. aut *Errorem*, cujus farinae in l. 8. ff. de Tutel. l. 99. ff. de Solut. ubi itidem Gothof. lit. z. occurrunt, 2. *Definitione* l. 1. ubi Dd. ff. de Testam. 1. *Notatione arg. l. 2. §. 2. ff. de R. C.* quæ triplex est, *Grammatica*, *Logica* & illa, quæ *Allusio* vocatur; Neq; enim licuit *Accursio* in l. 1. ff. de a. vel a. p. *Allusionem* cum *Etymologiâ* confundere, cum illa ex *Consonantiâ* duntaxat verbi & plerumq; *Syllabæ* ad solius vocis similitudinem relata proveniat, qualis est, quando ipse *Accursus* in l. 63. §. 10. ff. ad Sc. Treb. indicum sibi nomen gloriatur, quòd adversus Juris Civilis tenebras accurrat & succurrat. 4. *Verborum Figuris* secundum illud *Quintilianii*, cujus quidem generis locutiones, præsertim *Metaphoricas* in Jure plurimas invenias. Hahn. ad W. de LL. n. XIIX.

\*\*\*\*\* Quem insignem celebremq; textum, contra quàm *Jacobo de Arenâ* visum, non *Ratione* duntaxat non destitui, sed & summâ ac æquissimâ niti pridem cum *Menochio II. de arbitr. Jud. quest. LXXXII. n. 15.* observavit *Forcatulus in Sphar. Leg. n. XXI. apud Ungepauerum I. Ex. VIII. in A. circ. f.*

\*\*\*\*\* Nam quam cum *Bartolo Dd. in l. 9. ff. de F. & F.* addunt, *Correctiva Abrogatio* potius, quàm *Interpretatio legis* est, ut rectè *Franzk. Comm. ff. de LL. n. XII. Conf. Hahn. ad W. de F. & F. n. XIIX.* cui *Emendatio Interpretationi* contradistincta in *Abrogationem* & *Suppletionem* dividitur.

\*\*\*\*\* Quæ juxta tradita *Donelli I. Comm. XIV. ibiq; Hilligeri* colligitur vel i. ex *Lege ipsâ* & aut ex *aliis illius Partibus*, ut puta si vel una pars *Legis* declaret aliam, l. 24. ff. de LL. vel calui alicui speciali exempli & rei illustrandæ gratiâ adducto subjungantur verba *Decisiva Generalia*, ut in l. 9. §. f. ff. de F. & F. Ign. l. f. ff. de R. D. l. 20. ff. de R. C. l. 1. ff. ex quib. caus. maj. & LL. præsertim *Cod. ceu Imp. Rescriptis* passim, aut ex *Ratione*, si hæc verbis plenior deprehendatur, ut in pr. F. de leg. Patron. Tut. l. 32 ff. ad L. 2. l. 4. ff. de fund. dos. l. 7. §. 2. ff. de Jurisd. l. 2. §. 40. ff. ad



*Sc. Tert. l. 25. §. 5. ff. de her. pet. l. 16. ff. de spons. l. 5. C. de consuet. quam JC. 79 probè inspicere debet, seposità tamè omni scrutandi temeritate, sicubi vel sententia Legis est perspicua, cui omninò insistendum, Ratio utut appareat nulla l. 20. ff. de LL. Bachov. ad π. d. t. de LL. in l. 17. seqq. vel jam aliunde de certà ac receptà Legis Interpretatione, cui non minùs inhaerendum, constet l. 23. ff. eod. vel 2. Aliunde & vicissim aut ex Contrariis, dum Lex in re contrarià Contrarium velle intelligitur, Contrariorum enim contraria sunt consequentia, ut in l. 22. ff. d. t. l. 1. ff. de Offic. ej. cui mand. l. 2. C. de Gen. abol. l. 1. & fin. C. Theod. de indulg. crim. aut ex Consequentibus, quatenus Consequenti prohibito censetur omne prohibitum, per quod ad illud devenitur, l. 29. seq. ff. d. t. de LL. ut in l. 3. §. pen. l. 7. §. 3. ff. de Sc. Mac. l. 5. pr. ff. de Don. in r. V. & Ux. l. 7. §. 1. ff. qui & à quib. manum. Franzk. d. t. de LL. n. XXX. seqq. Hahn, ad W. d. t. n. XVIII.*

\*\*\*\*\* Rationis verbo absoluto hìc Causa intelligitur non Impulsiva sed Finalis, quam quidem, ut Extensioni ex illius Identitate locus sit, oportet esse 1. *Adaquatam* Legi, sc. quæ sola per se moveat efficienter Legislatorem 2. *Intrinsicam*, i. Universalem & omnibus casibus accommodam qui ex vi legis comprehendi & quasi aliquo modo sub tali objecto constitui dicuntur; Ceteroquin alterutrum ubi deficiat, dici non potest, quòd, in quo aliàs consistit vera prædictæ Extensivæ Ratio, casus illi omitti habeant Connexionem necessariam in ordine ad Justitiam & Prudentiam Legis, ut necessariò comprehendantur, ex quo Legislator ad illos potuit non moveri ex defectu aliarum Rationum, pulchrè & subtiliter Suarez. VI. de LL. III. n. XIX. seq. Laym. IV. Theol. Mor. XIX. n. 9. fin tamen ex duabus quidem Rationibus, quæ concurrunt, singulæ ejusdem efficaciam sint ac sufficiant, cessante unâ quòd minùs etiamnum Extensioni locus sit, nil obest, arg. §. 7. 7. de Nep. Alciat. I. de V. S. XII. Franzk. d. t. de LL. n. XLIV. seq. & LIV. Quemadmodum nec impedit, Ratio in Lege expressa sit, an saltem ex Circumstantiis probabiliter collecta, dummodo satis constet, illam & non aliam patuisse Rationem Legis Bart. in l. 13. §. 11. ff. Loc. n. X. Panorm. in C. f. X. de Rescr. n. XI. Fr. d. t. n. XLIX.

\*\*\*\*\* Quibus imposuere vulgata Juris Axiomata in l. 32. l. 42. ff. de pæn. l. 155 §. f. de R. I. c. 49. de R. I. in 6. quæ cum ex Dd. dissentientium in pforūmet traditis in dubio saltem locum sibi vendicent, qui possunt Leges Pœnales hujus Extensivæ objecto eximi, quam mente Legis inspectà non tam Extensivam, quàm Intensivam potiùs & Comprehensivam esse præter adductos text. dissert. inde palam est, quòd Forma Legis in Ratione consistat & ab illà tq. corpus ab animà reguletur, imò ex plurimorum scitu ipsa fit Ratio, arg. l. 6. §. 1. de V. S. Unde quidem sicut Genus ex sermonis proprietate plures ambitu suo comprehendit Species, ita Ratio eadem sub se plures complectitur casus, q. c. verba Legis de Uno expressim loquentia magis exemplificativè quàm restrictivè prolata censentur, & quod ex mente Legis est, ita est ex Lege ipsà, ut ex eà Directa Actio competat, d. l. 6. §. 1. Fr. d. t. n. XLVI. Conf. Tiraq. Tr. cess. Caus. cess. Eff. part. I. n. 141. Quid? quòd Dd. illi sibi ipsis satis non constant, dum in Æquiparatis, Correlativis, Connexis,  
Sur-



Surrogatis, item Accessoriis. Consequentibus & si aliàs quid absurdi consequeretur vel Lex elusoria fieret, Legis Pœnalis Extensionem admittunt, Fr. *d. t. n.* XLIIX. Nisi forte illam Dd. sententiam ad posteriorem Extensionis speciem, quæ Congruitatis dicitur, coarctes, quod tamen utrum salvâ eorundem mente liceat, haud perperam alii ambigent, Conf. Alciat. II. *de V. S.* XLVII. *seqq.* Everh. *Top. Loc. à Rat. Leg. n.* LXIII. §. *Hæc reg. seqq.* quos omnino vide.

\*\*\*\*\* Tum quòd Exorbitantes Jus Speciale inducunt, Favorem certarum personarum respiciunt & non rarò alteri etiam præjudicant, tum quòd in specie privilegiorum Virtus ac Efficacia non omnino ac Essentialiter in Ratione sed potiùs Voluntate concedentis consistit. Etsi verò hæc ita sint, tamen & in his singularibus Juribus, præsertim ubi Favorem concernunt, quandoq; locus est Extensioni in eadem personâ quoad Verborum significationem, ut nimirum Naturalis & stricta Proprietas porrigatur ad Civilem vel Latam, maxime quando illa Consuetudine Juris aut Judicis vel Materie Subjectæ qualitate juvatur; Quâ ratione privilegium de Testamento edifferens ad Codicillos & omnem Dispositionem mortis causâ trahitur, vel privilegium aliàs enervaretur; Hinc privilegium Domino datum porrigitur ad personas Accessorias & Familiares, *Auth. Habita C. ne fil. pro patr.* ubi Bald. Conf. Dec. *in l. 68. de R. l. n.* VIII. *seqq.* & Richter. *ad d. Auth.* Ceteroquin in universum verum est, quòd siquidem verba sint clara & certam significationem habeant, ultra ea Lex non sit extendenda, sin verò quadantenus ambigua, tum omnibus modis & principaliter, vel ex Literis supplicibus, ad quas privilegium emanavit, vel ex initio illius vel ex Materia subjectâ, an sit ambitiosa aut periculosa, unde sumi possit occasio peccandi & iniquam alteri conditionem inferendi vel ex id generis aliis circumstantiis Principis voluntas, ex quâ privilegium maxime pendet, conjectanda, & sicubi etiamnum dubitatio supersit, ipsius Principis arbitrium consulendum, Suarez. VI. *de LL. IV. n.* 17. Fr. *d. t. n.* 58. *seqq.*

\*\*\*\*\* Modò unica sit & adæquata; Nam siquidem duabus Rationibus æquè utrinq; Efficacibus & Sufficientibus Lex fulciatur, alterâ cessante nihilominus sustinetur illius generalitas *arg. §. 7. J. de Nupt. l. 20. §. 6. ff. qui Test.* Alciat. I. *de V. S.* XII. Conf. bene Coraf. IV. *de Art. Jur. V. d. t. n.* LXXIII. Hinc nata Regula: Cessante Ratione dispositio cessat, Intellige: 1. Si cesset in Communi & Universaliter, non si in Particulari *arg. pr. J. qui Testam. l. 4. in f. C. cod. l. 1. §. 3. ff. de min.* Fr. *d. t. n.* LXXV. Deinde si cesset Causa Princeps & Finalis, non si Occasio & Causa Impulsiva, Sutholt. D. I. a. XVI. *seq.* Strauch. D. *Pand. I. a.* XV. Quin in d. e tum quidem, ubi Ratio Legis cessat, protinus cessat Obligatio, ita ut privatus quisq; impunè possit Legem non servare; Neq; enim hîc privati cujusque Judicio standum, sed publica fere Auctoritas ad hanc rem erit advocanda *arg. §. 5. J. de Act.* Sutholt. *d. D. I. a.* XVIII. Alioquin non malè Cessationi Rationis eam Legis restringendam tribuas, ut recedatur à propriâ verborum significatione & dubitativè dictum habeatur sine dubio *arg. l. 10. ff. de Leg. I.* Everh. *Loc. Top. à Rat. leg. Strict. n.* III. §. *imò plus,* Fr. *d. t. n.* LXXV. F I N I S.



94 A 7371

ULB Halle 3  
001 700 707




SB

94 A 7371


Vb 17











26 XXVI.  
Q. D. B. V.  
DECRETO  
SUPERIORUM  
IN  
ALMA LIPSIENSI  
DISSERTATIONUM  
DE  
JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ  
PRÆCOGNITIS  
PRIOREM  
PRÆSIDE  
JOHANNÉ HENRICO BERGERO  
J. U. D.  
AD D. XXIX. JUN. M. DC. LXXXII,  
P. P.  
CHRISTIANUS GOTHOFREDUS  
Franckenstein/ Lipsiensis.

---

LIPSIÆ,  
LITERIS JOHANNIS GEORGII.